



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447




Th. 4757.



AL. II

23.







P R A X I S E P I S C O P A L I S

I N Q U A

E P I S C O P O R V M N O N T A N T V M, E O R V M Q V E
Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorum
concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium

R E S O L V T I O N E S,

ET PRÆTER EA, QUÆ à S. CANONIBUS, SACROQUE CON-
cilio Tridentino decisa sunt, etiam quæ per varias diversorum summorum
Pontificum Constitutiones, S. Rotæ Decisiones, ac Eminentiss. Cardinalium S. Con-
gregationis Responiones & Decreta ad hodiernum usque diem circa id
declarata, limitata & ampliata fuerunt, quàm brevissimè
continentur,

A U C T O R E

Reverendiss. D. THOMA ZEROLA,

Beneventano, Episcopo Minorensi, SS. Theologiæ, & I. V. Professore, &c.
Ex censura Magistri S. Palatii Apostolici prodit nunc demum locupletior, & correctior.

P A R S S E C V N D A.

CUI HAC ULTIMA EDITIONE ACCEDIT

FORMULARIUM EPISCOPALE

D. AVGVSTINI BARBOSÆ, F. V. D. PROTONOT. APOST.

Quo variæ ad Episcopalem jurisdictionem ritè exercendam formulæ
maximè utiles & necessariæ traduntur.

Addita quoque Mantissa Apostolicarum Constitutionum ad longum inserta, & Decretum
Propositionum à S. D. N. Innocentio XI. Anno 1679. damnatarum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus PETRI KETTELER, sub signo Galli, ante S. Paulum.

Anno M. D C. L X X X.

AD ILLUSTRISSIMOS
AC REVERENDISSIMOS
S. R. E. PRAELATOS.



Non à semetipso, verum diuino illo afflatus Spiritu,
quo Rege ab emulo spiritum propulsabat malum, Psal-
tes, Pastor, Miles, Vates Regius, heroico vaticinatus
carmine, cecinit illud: Dies diei eructat verbum, &
nox nocti indicat scientiam, quod & commentatus
est, qui Regum libris addidit Paralipomenon, Esdram, Neemiam, no-
uum Veteri additum testamento, ipsa veritate docente, Non veni
soluere legem, sed adimplere, & Vas illud electionis, Adimpleo
ea quæ desunt Passionis Christi. Hinc Octavus ille Bonifacius
Romanus summus Pontifex sextum Decretalibus Gregorij noni, hinc
Clemens VI. Clementinas, hinc diuersi Romani summi Pontifices va-
rias diuersasq; juxta rerum temporumq; vicissitudinem, congluti-
narunt Extravagantes. Hinc potissimum traditiones, doctrinae, con-
suetudines, in hac vera, antiquissima, ac perpetua præ cæteris, vel
temporaliter Christiana Republica duratura schemate militari ad ex-
tremum usque formidandi diem Iudicij, diuino id asseuerante Ver-
bo ipso incarnato, Ecce ego vobiscum sum usque ad sæculi con-
summationem, & portura in æternitatem triumphali beatitudi-
ne, ævo sempiterno, eadem ineffabili Sapientia predicante, & ibunt
hi in vitam æternam: non relinquam testes meos domesticos, more

solito, Chrysoſtomum, & ceteros in 2. ad Theſſalonicenſes, Epiphani, heresi 55. & 61. Auguſt. de fide Chriſt. lib. 2. contra Fauſtum, & ad Ianuarium, epiſt. 118. Origen. in epiſt. ad Rom. lib. 5. c. 6. Gratian. diſt. 11. Gaſpar. lib. 2. ad ver. heresi. ar. 5. Roffenſ. contra Luther. verit. 10. Pighium li. 1. Hierar. Eccl. c. 2. Euseb. lib. 10. c. 18. Hiſtor. Eccleſ. Nicephor. lib. 5. c. 16. ac ceteros, brevitatis ergo relictos hiſce orthodoxe fidei anteſignans, quanta ſit vis trium illorum oſtenditur: ad quid? haud ſecus, quam ad confirmandam tuendamq; Davidicam hanc ſententiam, celiſ emanatam, alteramque non diſſimilem, Ordinatione tua perſeuerat dies, quod & Canonistas non latuit, cap. non debet, de conſang. & affinit. Procul hinc abeſte prophani, noſtorum dogmata inuentores, ſpectra, portenta, ac inferorum monſtra, quorum jure optimo nomina, in omnibus ſcriptis noſtris continentur, ne dum per labra hominum volutantur, oblique mundanam, quam optant inanem gloriam, mortalemq; immortalitatem adipiſcantur, velut etiam apoſtata inſanus ille, non Auguſtus, ſed Auguſtus inter Deos mortuus petiuit reſerri, qui inter viuos impurus mortuus habebatur, Nazianzeno acclamante, aſſentiat, quidquid lubet, ſuus peſſimus colliga ſophiſta Libanius, tametſi Chryſoſtomi Docteur, ſed ille pius Patriarcha colligebat aurum de ſtercore Ennij. Ea propter mirum proculdubio minime cenſeri debet, ſi ad Praxim noſtram Episcopalem, quodammodo rudem, quondam preliis datam, impreſentiarum quodammodo perpolitam, auctamq; non modicum, hanc adjece-
rimus additionem. In prima namque editione nimia compulſi celeritate, quod erat noſtri officij, minus efficere potuimus, hoc in ſecunda ejuſdem impreſſione preſtauimus, in majus noſtrum ſtudium pollicemur, etſi currenti calamo, typographica feſtinatione, teſtis nobis ſit ille, qui omnium ſcrutator eſt cordium. Vos interdum, Reverendiſſimi, rerum de quibus agitur practicabilium, ac ſuccinctarum potius,
quam

quàm verborum prolixiorum amatores, his interdum fruimini,
cùmque inter legendum aliquod mendum impegeritis, quo inoffenso
pertranseat pede, errata ac prætermiffa, potiùs ad sensum, quàm li-
teram rogamus, animadvertatis. Valete, &c.



APPROBATIO.

IOannes Claudius Deuille, in sacra Theologia Magister, &
divini verbi prædicator, in sancti Pauli huiusce Civitatis Ca-
nonicus, & in hac Lugdunensi Diœcesi à Domino Dionysio
Simone de Marquemont Illustrissimo & Reverendissimo
Archiepiscopo Librorum Censor designatus: fidem facimus,
nos librum inscriptum *Praxis Episcopalis R. D. Thomæ Zerolæ
Episcopo Minorensi Authore*, pervidisse, & in eo omnia juxta cen-
suram Magistri sacri Palatii Apostolici correctâ & composita
invenisse. Lugduni apud sanctum Paulum 11. Kal. Iunias 1615.

Joannes Claudius Deuille.

R. D. D. THOMÆ DE MESCHATIN LA FAYE,
hujus libri imprimendi facultas.

THomas de Meschatin la Faye, Comes, Canonicus & Camera-
rius Ecclesiæ Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepi-
scopatu Lugdunensi: Opus, quod inscribitur, *Praxis Episcopalis R.
D. Thomæ Zerolæ, Episcopo Minorensi Auctore, ut in lucem e-
datur, facultatem concedo.* Lugduni 1. Junij, 1615.

Meschatin la Faye.

* 3

INDEX

INDEX TITVLORVM.

A Bbas.	pag 12	Capitulum.	41
Abbatissa.	ibid.	Carcer.	42
Abjuratio.	ibid.	Casus in quibus.	ibid.
Absolutio.	1	Casus mixtus.	53
Adulterium.	13	Cedulones.	42
Advocatus.	ibid.	Census.	ibid.
Ætas.	23	Cessio bonorum.	45
Agnus Dei.	22	Clausula.	40
Alternativa.	14	Clericus.	43
Alienatio.	15	Coadjutor.	44
Annus Sanctus.	18	Commendatarii.	49
Angaria seu perangaria.	12	Compromissum.	44
Appellatio.	24	Concilium.	45
Apostata.	22	Concurfus.	48
Archidiaconus.	ibid.	Concubinarii.	52
Archiepiscopus, vel Metropolitanus.	ibid.	Confiscatio.	48
		Confidentia.	ibid.
Ars notoria.	23	Conformitas.	49
Assistens in Capella Papæ.	ibid.	Consuetudo.	50
		Contradictores.	51
B Aculus Pastoralis.	27	Consecratio, seu benedictio.	52
Banniti.	ibid.	Contractus.	52
Baptismus.	28	Contumacia.	45
Barones.	ibid.	Credere.	52
Blasphemia.	34		
Beneficium.	29	D Amnati.	54
Bona.	34	Debitor.	54
Bigamia.	ibid.	Decimæ.	62
Brachium sæculare.	37	Degradatio.	55
Bullæ.	36	Delegatus.	54
C Ampana.	37	Denunciations.	56
Camera Apostolica.	ibid.	Depositus.	56
Canonica.	38	Devolutiones.	56
Canonizatio.	39	Dignitas.	56
Capellanus.	40	Dimissoria.	58
Capellania.	ibid.	Distributiones quotidianæ.	62
		Dispen-	


INDEX TITULORUM.

Dispensatio,	57	Institutio.	82
Divortium.	61	Instrumentum.	83
Doctor,	ibid.	Interdictum.	83
Doctrina Christiana.	ibid.	Inventarium.	84
E cclēsia.	62	Judæi, seu infideles.	85
Edicta, seu statuta.	64	Jura Episcopalia.	88
Ejecti.	64	Juramenti absolutio.	ibid.
Electio.	65	Jus cathedraticum.	89
Elemosyna.	65	Jus patronatus.	90
Emphyteuta.	65	Indulgentiæ pro confratribus, &c.	171
Episcopi.	ibid.	L atici.	92
Eucharistia.	69	Legatum.	93
Examen.	69	Legati Apostolici.	95
Excommunicati.	ibi.	Libri.	95
Excommunicatio.	70	Litteræ Apostolicæ.	ibid.
Executor.	69	M agister ceremoniarum.	96
Exempti.	74	Malè ablata.	96
F abrica Ecclesiæ.	75	Mancipia.	97
Familiares, & servitores prælato- rum.	76	Matrimonium.	ibid.
Festa.	77	Medici.	98
Fidei professio.	76	Mendicantes.	98
Fustigatio.	ibi.	Mensa Episcopalis.	109
G abella.	77	Metus.	101
Græci.	77	Mirabiles personæ.	ibid.
		Missa.	102
		Monachi.	99
H æretici.	77	Moniales.	104
Homicida.	78	Monasteria.	107
Horæ Canonicæ.	77	Moneta.	108
		Mons pietatis.	108
I mmunitas Ecclesiastica.	78	Mulier.	ibid.
Incestus.	79		
Incompatibilitas.	ibi.	N aufragium.	109
Indulgentia.	85	Notarij.	109
Ingressus religionis.	79	Nuptiæ.	110
Injuria.	79		
Inquisitores.	ibid.	O blati.	110
Inquisitio.	88	Oblationes.	110
Irregularitas.	80	Opratio.	111
		Ordo.	

INDEX TITULORUM.

Ordo.	111	Reprobatus.	144
Osculum.	117	Reservatio.	141
P alatium Episcopale.	117	Residentia.	135
Parochus.	ibid.	Revelare.	136
Parochia:	119	S ceptrum.	145
Pauperes.	121	Secretum.	146
Pœnitentiarius.	ibid.	Sedes Episcopalis.	144
Pensio.	122	Sedere.	145
Pensionarius.	124	Sententia.	145
Pœna.	124	Sepulchrum Christi.	146
Peregrini.	125	Sepultura.	146
Populus.	125	Simoniam.	147
Possessio beneficii.	ibid.	Sodomiam.	150
Possessorium.	126	Sponsus.	151
Prælati.	127	Spolium.	ibid.
Privatio.	128	Subditi.	146
Privilegium.	129	Suspensio.	151
Procuratio.	128	T estamentum.	158
Professio.	129	Testes.	159
Protocollum:	131	Thesaurus.	160
Provisus.	131	Titulus coloratus.	160
Punctator.	128	Translatio.	160
R aptus.	131	Triremes.	160
Reconventio.	132	V alor.	161
Receptatores.	136	Venatio.	161
Recusatio.	132	Vicarius.	162
Referendarii.	133	Vidua.	163
Reformatio regularium.	ibid.	Vigilia.	164
Regulares.	134	Virginitas.	164
Regulæ Cancellariæ.	135	Visitatio.	164
Remissio reorum.	134	Votum.	168
Renunciatio, resignatio, seu permutatio.	137	Unio.	ibid.
		Usura.	170

PRAXIS



PRAXIS EPISCOPALIS

REVERENDISSIMI
D. THOMAE ZEROLAE
BENEVENTANI EPISCOPI
MINORENSIS

PARS SECUNDA.

ABSOLUTIO.

AN Confessarii tam saeculares, quam regulares, possint absolvere à casibus Episcopalibus, vigore diplomatum concessorum alicui loco, Religioni vel Universitati?

Ad hoc respondendum primò videtur negativè, determinatum enim est per responsionem factam à Sac. Cong. Card. Cardinali de Aretio, Archiepiscopo Neapolitano, prout in *Catech. Prax. Episc. Pars II.*

Neapolit. fol. 287: & multis Episcopis, nec valet dicere, quòd istæ responsiones sunt determinationes Cardinaliù, & non Summi Pontificis, & sic non omnino, quia instar est, ac si essent Summi Pontificis, ut habetur in declar. Sac. Congreg. num. 272. in hæc verba: Eadem ratio habenda est de his quæ scribuntur à Cardinalibus Sac. Cong. Conc. Trid. nomine ipsius Congregationis, ac si à Papa scripta essent. & in Conc. Mediol. Provinciali, 3. de Sacram. Pœnit. §. ne Confessarij, & Conc. Provinc. §. §. ne facultatem,

A

tem,

tem, ubi habetur esse ipso jure cassata, revocata, & annullata omnia privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conservatoria, indulta confessionalia, Maremagnum, & alia gratia, in his omnibus, & singulis, quibus illa statutis, & decretis sac. Conc. Trid. contrariantur. Bulla Pii IV. sub datum Romæ XV. Kalendas Martii 1565. Sed ista privilegia Maremagnum, & alia hujusmodi, prout supra, adversantur dicto Concilio, *sess. 14. cap. 7.* ergo, &c. & ut hoc particulariter sciatur, dicam sigillatim, pro majori notitia Praxis, nec Rosarii, Cruciatæ, Conceptionis, Corrigiatorum, vel alterius hujusmodi indulgentiis, nec privilegiis concessis antè vel post Concilium, ita in dicto Conc. 5. Mediol. ex determinatione Summi Pontificis.

Respondendum secundò videtur, quòd possunt, quando in privilegiis, gratiis, & Jubilæis essent hæc verba, vel æquipollentia, & similia, ut possint Confessarii approbati ab Ordinariis absolvere à casibus, & censuris, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, vel toties quoties, vel semel in vita, & semel in morte, vide Navar. in nova impressione Manualis facta Venetiis anno 1590. cap. vigesimo-septimo, nu. 266. ubi disputat hoc ex professo contra quendam qui tenet oppositum, & exemplificat in facto super gratiis & privilegiis concessis Archiconfraternitati Sanctissimæ Trinitatis de Urbe,

idem confirmat in con. 30. de pen. & remiss.

Respondetur tertio decisivè, quòd de hac re consulti Romæ multos Illustrissimos, doctissimos, & piissimos Cardinales, qui dixerunt mihi, quòd primum dictum verificatur in privilegiis & facultatibus concessis ante Concilium Tridentinum; secundum verò dictum est unum, in gratiis & privilegiis concessis post Concilium Tridentinum, vel post illud, per Sedem Apostolicam confirmatis, vide in *practica mea penitentiali, c. 24. questione nona.* ampliatur hoc, quòd non solum potest quis absolvi virtute diplomatum, prout supra, à casibus Episcopo reservatis, sed etiam à censuris ecclesiasticis, modò id fiat in sacramentali confessione, Nav. *conf. 48. n. 11. ver. ad quartam, de sent. excom.* & exemplificat in privilegiis confraternitatis nominis Jesu.

Verùm his non obstantibus, contrarium determinavit sacra Congregatio de mente summi Romani Pontificis: pro cujus certitudine volui inferre hæc verba ipsius sacre Congregationis, quæ sunt ista, videlicet:

Sacra Congregatio sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & regularium preposita, iustis, & gravibus causis id exigentibus, ac de sanctissimo Domini Clementis VIII. speciali mandato, viva vocis oraculo desuper habito: Sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quam regularibus, per universam Italiam, extra urbem degentibus, ad confessiones audi-

audiendas probatis, quorumvis ordinum, etiam mendicantium, militarium, ac congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quarumcunque aliarum, quovis nomine nuncupentur, jubet, & precipit, ne quis eorum, sub pretextu privilegiorum, indultorum, ac facultatum, generaliter, vel specificè scripto, aut viva vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate eorum ordinibus, congregationibus, collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocunque, sub quibusvis tenoribus, formis & clausulis, etiam derogatoriis derogationis, ad cujusvis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum alicui cujusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam ecclesiasticis, quam secularibus Regie, vel Imperialis, ab ullo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla in die Cœna Domini legè solita, contentis, vel aliis quomodocunque Sedi Apostolica reservatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusve successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliis reservandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarij locorum hætenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, nullo casu etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova & speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantum reservatos, respectivè impetrata, in scriptis licentia Ordinarij locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeant,

vel presumant: sed quum opus fuerit pœnitentes ad superiores, legitimosque judices accedere consultant, sub pœna contrasacientibus, tam regularibus, quam secularibus, excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum inhabilitatis, iterum ad audiendas confessiones, & ad quacunque officia, prelaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso factò, absque ulla declaratione incurrenda, super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice, habitatio, & dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo possit impetiri. Sanctitas enim sua, quatenus opus sit facultates & concessiones ipsas, in hac parte, uti cassas & irritas habere de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscunque. Præterea noverint pœnitentes, absolutionem, si quam obtinebunt contra hujusmodi prohibitionem, esse nullam, nulliusque roboris, & momenti, & ne locorum Ordinarij, quibus jus hoc reservandorum casuum competit, plurium, quam opus sit, reservatione subditis, aut confessariis in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, momentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam restituendum, animarumque sibi creditarum salutem pro cujusvis diocesis statu & qualitate necessaria reservandos esse judicaverint, reservent. In quorum fidem.

Datum Roma die nono mensis Januarij 1601. Alexander Cardinalis Florentinus, Hieronymus Augustinus Secretarius: Roma superiorum permissione.

Secundò quæritur, an ægrotus, qui fecit vocare Confessarium, quia vult confiteri, & postea antequam Confessarius veniat, ægrotus ipse perdat loquelam, discursum rationis, delirer, adeo, quòd non potest neque nutu, neque verbis, vel huiusmodi confiteri peccata sua, an iste valeat absolvi à suis peccatis à dicto Confessario?

Respondetur primò, quòd multi Doctores antiqui, & recentiores dicunt non posse, nec debere absolvi, & assignant rationes, quas videas in Nav. cap. 26, nu. 28. & c. 27. nu. 269. notab. 2. & Sor. 4 d. 18. q. 2. ar. 6. & 5.

Dico secundò, quòd multi recentiores dicunt, quòd licet rationes illæ sint fati probabiles in theorica, tamen posse, & debere absolvi in practica. ratio est, quia confessio pro illo casu est valida, aliàs iste ægrotans est destitutus omni auxilio divino in illo instanti, quòd non est credendum; nec sufficit dicere, quòd poterit habere contritionem, quia hoc est difficile, & quòd poterit communicare, & sic mediâ communione fieri de attrito contritus, quia posset stare, quòd ille non posset communicare aliquod ob impedimentum. præterea quia nulli debet dari communio, quia est conscius alicujus peccati mortalis, absque prævia confessione, Conc. Trid. sess. 13. capitulo ultimo; & hoc tenent communiter omnes recentiores, & sic ego practicare, & hoc vide in Praxi mea Pœnitentiæ, cap. decimo-tertio, quæst. secunda, vide capitulo 11 qui, 26. qu. 6. & D. Ant. 3. p. tit. decimo, capit. 2. ubi dicit, imò si presby-

ter pœnitentiam abnegaverit morientibus, reus erit animarum, cap. si presbyter, loc. cit.

Dico tertio, si quis in tali casu constitutus non procuraret Confessarium, petendo confessionem, sed alii pro parte illius vocarent confessarium, quòd tunc non posset, nec deberet absolvi. ratio est, quia in primo casu quando ille petiit, ostendit saltem signa contritionis, cupiens confiteri, in secundo casu verò non, vide Angel. cap. confessio, quarto, §. octavo. Astens. lib. quinto, titulo decimo sexto. Canus, relectione de pœnitent. Candelabrum aureum tract. de absolut. numero 71. imò hoc apertissimè tenet Hostiens. in sum. titulo de pœnitent. & remissio. §. confitendum, numero quadragesimo, juxta finem, & nota hunc casum, pro practica quotidiana, quia sæpè potest contingere illis, qui repentino morbo arripiuntur, & sunt prope mortem, sic qui tota vita sua fuit in peccatis, si non petit, non solvitur, vide in praxi mea, loc. cit.

Tertio quæritur, utrum Sacerdos vocatus ad audiendam confessionem alicujus ægroti, qui propter aliquam legitimam causam dimidiavit confessionem, & postea infirmus ille morbo correptus non potest perficere illam confessionem, si vocatur secundò ille Sacerdos possit absolvi illum ægrotum? Respondetur, quòd sic, etiamsi non possit audire peccatum aliquod, vel signo, vel nutu, vel verbis, etiamsi probabiliter sciret præfatum ægrotum post confessionem illam dimidiatam pertrasse

patrafse aliquod peccatum mortale, modò appareant signa contritionis, ut quia petit confessionem, procuravit confessarium, & apparet benè dispositus, factus verò si in secunda vice apparet indispositus, vel sine aliquo signo contritionis, quia modò non esset solvendus, ratio est, quia in primo casu ad est materia, in secundo verò non hoc etiam tenent quidam Recentiores & benè.

Quartò quæritur, quomodo se possit habere Sacerdos, quando non potest audire totam confessionem pœnitentis, putà in bello, vel naufragio, in peste, ubi moriuntur multi simul?

Respondetur, quòd posset audire aliquod peccatum alicujus, & eum absolvere, & aliquid alterius, & sic de singulis audito uno peccato unius, vel singulorum aliquo, & ita absolvat, cum non vacet audire integras singulorum confessiones, & ita dicunt practicum fuisse in bello Granatensi in Hispania, licet Navar. in consilio 13. de pœn. & remiss. videatur tenere oppositum, tamen magister meus, & multi dicunt, quòd communis est in contrarium, & dixi in dicta practica mea pœnitentiali, loc. cit.

Quintò quæritur, si quis habens decem censuras ecclesiasticas, vel totidem irregularitates, facit se absolvere, vel dispensare ab octo, vel novem solum, & postea recordatur fuisse decem, an teneatur adire superiorem pro absolutione, vel dispensatione reliquarum duarum?

Respondetur primò, quòd si solum

se fecit absolvere ab illis octo, vel novem signanter, tenetur adire superiorem pro absolutione, vel dispensatione reliquarum.

Dico secundò, si se fecit absolvere ab illis octo, vel novem signanter, & ab aliis quibuscunque, quas fortè haberet, vel dubitaret, ad cautelam, quòd tunc non tenetur, nec adire superiorem, neque procurare aliam absolutionem, ratio est, quia in illa generali absolutione comprehenduntur reliqua, gloss. in Clementina secunda, in verbo expressa, de prabend. Gomez questione secunda, de trien. possessio. Glossa in Clementina secunda, ver. quodcunque, de vita & honest. cler. cum alijs vulgatis, vide pro materia peculiari hac, Sylvest. ver. confessio primo, §. quarto, Angelum capitulo confessio primo, numero decimo-quarto, Navar. locis citatis, Covarr. practicar. question. capitulo vigesimo-quinto, num. 3. concl. 3.

Sextò quæritur, si quis confiteretur alicui potenti absolvere à casibus reservatis, & censuris, & dispensatur super irregularitatibus, & dum confitetur, non est memor alicujus casus reservati, vel censuræ, vel irregularitatis, tamen ad cautelam se fecit absolvere ab his, vel dispensare, si postea recorderetur se habere aliquam illarum, teneatur procurare absolutionem, vel dispensationem ab ea? Respondetur, quòd non, quia per primam absolutionem, vel dispensationem ille est verè absolutus, vel dispensatus, alioquin cautela illa, qua usus fuit faciendo se absolvere, vel dispensare ad cautelam,

nihil operaretur, & verba debent aliquid operari, & maximè quando ponuntur pro forma, & si quis scrupulizaret, iufficeret ei petere absolutionem à quocunque Confessario approbato ab Ordinario, quia peccata illa jam sunt facta absolubilia, per illam absolutionem ad cautelam, Navar. *locis citatis*, in capitulo primo, in principio, numero trigésimo secundo, de penit. dist. sexta, ubi dicit, quòd si quis obliviscitur peccatum aliquod reservatum, etiam annexum cum censura, tempore quo Confessarius habebat potestatem absolventi, evadit peccatum simplex, postea quando recordabitur, Nav. *loc. cit. num. 70.*

Septimò quæritur, si quis in Jubilæo confessus est peccata reservata, & communicavit etiam postea transacta hebdomada Jubilæi, recordatur alicujus peccati reservati, possit absolvi virtute Jubilæi?

Respondetur, quòd sic, ratio est, quia prima confessio facta est virtute Jubilæi, & ista secunda confessio nihil aliud est, quàm perfectio, & conservatio primæ confessionis, & casus ille reservatus evadit peccatum simplex. Angelus *capitulo confessio, decimo*. Sed Navar. in cap. consideret, §. cautus, num. trigésimo, dicit hoc valere, quando in prima absolutione implicite, & universaliter fuit facta absolutio, ex Palud. nu. 4, §. dist. 18. colum. penult. vel Confessarius habuerit intentionem absolventi ab omnibus necessariis, Nav. *locis citatis, versi. ex quo insertur, & in consilio 10. de privileg.*

Octavò quæritur, quid agendum est, quando pœnitens esset hæreticus?

Respondetur primò, quòd si hæreticus esset occulta, & ipse verè vellet respiscere, videtur quòd tunc posset Episcopus eum absolvere, Sac. Conc. Trid. *sess. 24. ca. 6. de refor. Flor. loc. cit. tract. de casu reserv.*

Dico secundò, quòd licet ita sit de jure Sac. Cong. tamen hodie secus: nam nec Episcopi possunt absolvere ab hæresi occulta, vigore potestatis decreti Concilii, hoc enim revocavit Pius V. Gregor. 13. ita Navar. *ca. 27. nu. 272.* Sym. Covarr. & alii, & decl. Sac. Cong. in *manuscriptis meis, num. 486.*

Dico tertio, nec vigore diplomatum, vel Jubilæi possunt Confessarii ab hæresi occulta absolvere, quamvis in eis detur facultas absolventi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini, ita Cov. in *ca. alma mater, §. 11. nu. 15.* & Sym. de *cath. instit. tit. 3. nu. 2.*

Dico quarto, quòd Sor. *dist. 22. qu. 2. art. 3.* dicit posse Confessarios solvere hæreticum occultum in foro interiori, vigore Jubilæi, & diplomatis, ubi conceditur, prout dictum est dicto tertio, & non solum occultum hæreticum, verum & delatum, damnatum, & diffamatum, respicientem in eodem foro interiori, reservatâ tamen auctoritate Inquisitoribus procedendi in foro exteriori, & ad idem Syl. *ver. excommunicatio septimo, casu vigesimo-primo*, & idem audivi à quibusdam Prælati fide dignis practicari à Reverendis Patribus Jesuitis, quod mihi videtur

detur satis probabile; nam nec Episcopis videtur ablata talis potestas per aliquam Bullam Papalem, nisi per declarationem Illustrissimorum Cardinalium, nec tempore Jubilæi, non videtur ablata confessariis talis auctoritas, ubi reperiuntur verba illa pugnantia, ut etiam in Bulla Cœnæ Domini, &c.

Dico quintò, ego crederem posse, exceptis hæreticis declaratis, & denunciatis, prout Sixtus V. in suo Jubilæo de mense Decembri 1589. & sanctissimus noster Clemens VIII. in eodem mense Decembri 1594. & dixi in dicta pract. pœnitent. capitulo decimoquinto, questione decima-nona, & capitulo vigesimo-secundo, questione quarta, licet etiam Catechis. Neapolit. folio 193. dicat omne privilegium concessum Episcopis, per dictum capitulum liceat, & omnia privilegia concessa Religiosis, esse revocata per id quod concernit Bulla Cœnæ Domini, & citat in suam sententiam Illustrissimum Cardinalem Franciscum Toletum. Ratio sua posset esse, quia in fine Bullæ Cœnæ Domini ponitur clausula illa generalis, videlicet non obstantibus quibuscunque privilegiis, &c.

Sed ad hoc respondetur, quòd per illa verba Bullæ generalia non videtur derogatum dicto decreto sac. Concilii. quia decreto Concilii non derogatur, nisi de eo fiat expressa mentio, nec sufficit clausula derogatoria generalis, prout Jo. de Selua tract. de beneficijs. quarta parte, questione septima, num. quarto, prout dicam in verb. pensio, &

Gomez in capitulo primo, de constitutio. num. 178. c. Secunda regula est, & in quest. quinta, columna secunda, reg. Cancell. & citat Bald. in l. humanum, C. de leg. & Arch. in d. ca. nam omnis constitutio conciliaris dicitur continere tacitam clausulam derogatoriam, & non dicitur ei derogari, nisi de illa fiat specialis mentio, & dicit quòd totus mundus est hujus sententiæ, & citat Fel. in c. nonnulli, de resc. facit quod notat eleganter Jas. in l. postquam, nu. 15. de pactis, ubi habet quod in generali derogatione non intelligitur derogatum privilegiis, & juri speciali, text. est in l. decurionibus, C. de silen. li. 12. Bal. in c. rinsi. quo tempore miles in uftibus feud. & in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, col: 4: de const. & in cap. cum ordinem, & ibi bonus text. de resor. col: penult. sed ciliceat, sac. Conc. Trid. sess. 24. quod est c: 6: de resor: est quoddam jus speciale concessum Episcopis: ergo ei non intelligitur derogatum, nisi de eo expressa fiat mentio.

Dico sextò, cum casus talis accideret tempore Jubilæi, Confessarius debet consulere Episcopum, & ille consulere peritiores in hoc genere, si in hac materia non esset versatus, quia est morbus iste maximè contagiosus, Sym. loc. c. titulo decimo-tertio, n. vigesimo secundo, & tit. 25. num. quarto. idem censendū est de aliis hujus pessimæ farinæ, prout in praxi mea pœn: eod. loc. q: 7.

Dico septimò, quòd hoc potest etiam probari à sufficienti partium enumeratione. nam casus iste hæreseos, vel est reservatus summo Pontifici in corpore
Juris

Juris Canonici, vel in Bulla Cœnæ Domini continentur omnia prædicta; ergo possunt Confessarii vigore diplomatum, & Episcopus per capitulum liceat. nam Nav. capitulo decimo, de pœnit. & remissione, num. tertio, dicit omnes casus Bullæ Cœnæ Domini includi in dicto capitulo liceat, ad motiva verò Sym. respondetur, quòd id non videtur apertè tenere, circa dictum capitulum liceat, sed dicit: *Sunt autem, qui putant, decretum illud abrogatum esse verbis generalibus Bullæ Cœnæ Domini, sed circa tubileum, & diplomata, id negat apertè, ex quo sumpsit Cat. Neap. folio 193. & Navar. in Manual. loquitur vigore diplomatum, & Jubilæorum, id non licere, idem Cov. sacra verò Congregatio, declar. 434. in meis, censuit in hæc verba: Episcopus, nec Inquisitor, possunt absolvere ab hæresi hæreticum hominem, neque in foro conscientia, licet hæc facultas à Concilio Tridentino tradita sit Episcopis; quibus omnibus responderi posse arbitror, quando non acciderit casus necessarius, non dico periculum, vel articulum mortis, quia in hoc nulli dubitant, ut patet vulgaribus. & ita habetur ex Nav. consilio primo, numero 88. de constit. & consilio 11. nu. 1. & 2. de privileg.*

Nonò quæritur, an idem possit Vicarius Generalis Episcopi, supposito quòd ad hoc habeat specialem auctoritatem?

Respondetur, prout inferius in capit. Vicarius, dub. primo, & Nav. consilio primo, numero 88. de const. nempe idem

judicium esse faciendum, quod dictum est de Episcopo.

Decimò quæritur, quid agendum est, quando Confessarius invenerit in confessione aliquem esse maleficum, strigimagum, necromanticum, vel pœnitentem ferè aliquem talem esse hæreticum, vel ipsum pœnitentem esse hæreticum, vel legisse libros hæreticorum, vel interdictum, vel divinatorem, ariolum, schismaticum, vel fautores, & receptores hæreticorum, vel similibus personarum.

Respondetur brevitatibus causa, quòd de his omnibus videndum est in dicta mea praxi pœnitent. cap. 22. q. 4. §. 6, 7, 8, 20, 21, 22, 23, & deinceps.

Undecimò quæritur, si quis animo adimplendi omnia contenta in Jubilæo, quod intendit lucrari illa hebdomada, in qua fit omnibus communiter, & decrevit feria quarta, sexta, & Sabato jejunare, & præstare reliqua, die Lunæ, & Martis ejusdem septimanæ confitetur peccata sua, etiam reservata, etiam censuras Papæ reservatas, etiam in Bulla Cœnæ Domini, à quibus omnibus obtinuit absolutionem, & fortassis commutationem votorum, si postea iste non jejunabit, nec adimplebit quæ adimplenda erant in dicto Jubilæo, an teneat absolutio, & commutatio? Respondetur, quòd sic, sed non lucrabitur gratiam Jubilæi; secus verò, si quando confitebatur, non habebat animum adimplendi ea. Ratio est, quia absolutio semel habita, simpliciter tenet, ratio rationis est, quia forma id efficit, quod significat Sor. quarta sentent.

sentent. distinct. decima-quarta, questione
1. art. 3. Navar. consilio 12. de penitent.
& remiss.

Duodecimò quæritur, an Episcopus
possit confiteri peccata sua Sacerdoti
non approbato ab Ordinario?

Respondetur, quod sic, quia Conci-
lium solùm loquitur de Sacerdote vo-
lente audire confessionem seclularium,
& Episcopus cum dicatur esse in statu
perfectionis, & sit in gradu majori, &
digniori, quàm regulares, & regulares
ipsi possunt confiteri Sacerdoti non
approbato ab Ordinario, prout patet
in Concilio Tridentino, sessio. vigesima-
tertia, capit. decimoquinto de reformat.
ubi solùm excipit seculares, & dixi in
praxi mea penitent. capitulo decimoquin-
to, quest. secunda, conclusione quarta, &
questione vigesima. & Nav. in capitulo
placuit, numero 52. de penitent. distinct.
sexta, tamen hoc fallit, quando Epi-
scopus vellet confiteri, tempore Jubi-
læi, quia tunc expressè dicitur, ut con-
fiteatur peccata sua Sacerdoti appro-
bato ab Ordinario, Nav. consilio deci-
mo secundo de privileg. licet Apostilla ibi
videatur dicere oppositum circa pri-
mum dictum, tamen hoc est verius.

Tertiodecimò quæritur, quid agen-
dum est Confessario, vel Episcopo,
cum repererit, vel habuerit peniten-
tem, seu delinquentem irretitum ali-
qua censura ecclesiastica?

Respondetur primò, si excommuni-
catio est Episcopalis procurata ab ipso
Episcopo, & habita auctoritate Con-
fessarius absolvat eum, utens hac for-
ma: *Auctoritate Domini nostri Iesu Christi*

Prax. Episc. Pars II.

*si, beatorum Apostolorum Petri, & Pauli,
& Reverendiss. Episcopi N. mihi commif-
sa, & tibi concessa in hac parte, absolvo te
in primis à vinculo, si est una, vel à vincu-
lis, si sunt plures, excommunicationis, vel
excommunicationum, quam, vel quas in-
venisti propter talem causam vel trans-
gressionem, & restituo te, &c. similiter
si excommunicatio esset Papalis, & es-
set occulta per dispositionem sacri
Conc. Trid. sess. 24. c. sexto, de reformat.
quia censentur etiam tunc Episcopi.*

Dico secundò, si absolutio excom-
municationis esset facienda in eodem
foro interiori dependente ab exteriori,
de mandato Episcopi ei hoc com-
mittentis, tunc hæc servare debent, pri-
mum satisfactionem parti læsæ, si opus
esset, vel pignora, vel cautionem de sa-
tisfaciendo, secundum cum psalmo,
Miserere mei, tertium percutere hu-
meros, & alia, juxta notata per Nav.
cap. 26. n. 8.

Dico tertio, si absolutio excommu-
nicationis debet præstari in foro exte-
riori, tunc sunt hæc servanda, primùm,
satisfactio parti læsæ realiter, & cum
effectu si sit facienda, & penitens est
solvendo, vel cautio, vel pignora, pro-
ut supra, & potest pro ea poena pecu-
niaria imponi, Sym. de Cath. instit. tit.
22. nu. 5. secundum, juramentum de
parendo mandatis Ecclesiæ, & de simi-
libus in posterum non patrandis: ter-
tium, Psalmum, Miserere mei, quar-
tum, percutere humeros, quintum, ea
quæ ponuntur in Pontificali, cap. cum
desiderat, cap. super eo, il 2. de sent. ex-
communic.

B

Dico

Dico quartò, quòd in utroque foro poterit uti alia forma, omiffa ifta: nec ficut in excommunicando non datur certa forma, ita nec in absolvendo. *Host. in sum. tit. de sent. excom. §. qualiter, n. 14. & §. in major. num. 14. Nav. c. 27: n. 12: initio, Cajet. in sum: absolutio, Apostil. Jo. And. in glid super eo: in ver: forma. & poterit uti verbo, absolvo te, relaxo, rebenedico, vel alio verbo simili, prout sup. q. 3. Flor. loc. cit: tract: de excom. art: 4: difficul. 9. Sextò debet fieri coram Notario, & testibus, ad hoc ut possit probari absolutio, quia excommunicatus semel, semper præsumitur talis, nisi appareat contrarium, vel longi temporis bona conversatio cum aliis personis, *Covar. in c. alma mater, r. p. §. 2. nu. 6. quando opus erit, cap: licet nobis, de sent: excom: gl. in c. proposuisti, de cler. excomm. si plura committerentur observanda in dicta absolutione, vel à Domino Papa, vel à sacra pœnitentia, vel à quocunque superiore, omnia sunt observanda, Nav. c. 27. nu. 272. ver: eodem die, usque ad finem, intellige essentialia, & quæ dantur pro forma, & licet in absolutione ab excommunicatione requirantur multa, si tamen omittentur, tenet absolutio, modò adfit verbum absolutorium, ut absolvo, relaxo, rebenedico, remitto, indulgeo, & similia. *Nav. cap. 1. num. 55: de pœnit. dist. 6. similiter si omittatur satisfactio, tenet absolutio, licet malè agat absolvens. Innoc. in c. cum ab Ecclesia, nu. 4. de offic. ordin. imò si excommunicatus confiteretur sua peccata, potest sepeliri in ecclesiastica sepultura, licet non satis-***

fecerit, *Bal. in Marg. Innoc. in ver. Sacerdos, qu. 2. hoc tamen intelligi quando non esset solvendo, sed si possit, tunc debet, vel ipse cavere, vel hæredibus satisfacere, nam absolutio ab excommunicatione obtenta, ex falsa causa, valet, Covar. in c. alma mater, r. par: §. 11. num. 14.*

Quartodecimò, quaritur, utrum Episcopi possint pro absolutione à censuris ecclesiasticis aliquid accipere, vel exigere, & videtur quòd non, ut patet *Matt: c. 23: & Act: Apost: c. 8: & 4: Reg: cap: 5. & in toto tit: de sim. tamen oppositum est verius, quia pro prophetia poterat capi pecunia, Mich. cap: 3: & Num: 24. de Balaam, & Episcopi peccata subditorum delinquentium pecunia componebant, ut patet in c: presbyteri, de pœn. & in c: qui subdiaconum, 17: quæst: 4: & in cap: parochianos, de sentent. excom: & ibi gl: in ver: satisfaciant, Covar. lib: 2: cap: 10. num. 8: var: resol: & ita etiam Papa potest & bene accipere pro compositionibus dispensationum, ut optimè probat *Gom, tract. de brevibus, num. 24. & 25.**

Ad oppositò respondetur, quòd intelligitur pro manuum impositione, i. pro actu absolutionis, & dispensationis, quia id debet gratis dari, sed pro pœna, multa, pœnitentia, & satisfactione potest capi, quia est quid diversum ab actu absolutionis, & sic vidi praticari, & praticavi, & præsertim Beneventi 1590. Archiepiscopus accepit duo millia Ducatorum à quodam, qui interfecerat quendam presbyterum, & hoc fuit tota Roma sciente.

Deci-

Decimoquintò quæritur, an regulares per privilegium, quod Maremagnum vocant, habent facultatem absolvendi contentes à casibus Episcopis reservatis.

Respondetur negativè à fac. Congreg. in decl: 428. in meis, in hæc verba, *Regulares per privilegium quod Maremagnum vocatur, non habent facultatem absolvendi pœnitentes à casibus Episcopo reservatis, verùm hoc intellige juxta dicta superius quæst. 1.*

Decimo-sexto quæritur, an quis possit absolvi per procuratorem ab excommunicatione?

Respondetur ex Innoc: quòd non, in cap: cum desideret, & hoc regulariter, quia requiritur præsentia personæ, & solennitas, prout dictum est sup. q: 13: si tamen iusta causa subesset, possit per procuratorem absolutio præstari, Argum. cap. quanto, 2: q: 5: Paul. Rom. tr: de pens. cap: 8: num: 28, & 29. Cajet. in sum: in ver: excommunicatio, cap: 69. & Nav: cap: 29: n: 46. Sylv. ver. absolutio, 3: nu: 9: ver: quintum, quod non solum per procuratorem, sed per literas, & non solum per literas, & procuratorem, sed etiam in absentia, quoad formam animæ. Olim id licitum fuit, verùm nullo modo jam licet post decretum sacrosanctæ Congregationis sancti Officii tempore Clementis VIII. factum.

Decimo-septimò quæritur, si quis percusserit clericum cum lapide, & magna sanguinis effusione, sive livore, & macula, an mittendus sit Romam pro absolutione?

Respondetur, quòd sic, c. pervenit, de

sent. excom: nec excusat ætas, si excedat quatuordecim, nec patria potestas, si absque patris præjudicio potest adire Romam, nec paupertas, si potest ire mendicando, modò aliàs fuerit solitus mendicare: secus si non erat solitus, quia tunc posset Episcopus, Nav. conf. 24: de sent: excom.

Decimo-octavo quæritur, an Episcopus per d. cap. liceat, possit absolvere, non solum à casibus Papalibus, sed etiam à contentis in Bulla Cœnæ Domini?

Respondetur affirmativè, Nav. conf: 10: num: 3: ver: ad secundum, de privil: exceptis derogatis, quem esse casum hæresis ibi dicit, hoc intellige juxta dicta superius, quæst. 8.

Decimononò quæritur, si quis fuerit excommunicatus propter debitum descendens ex delicto, vel ex contractu, & propè moriturus, si absolvatur à Parrocho, an possit sepeliri in loco sacro?

Respondetur, quòd sic, modò hæreses prius caveant (ad quod possunt cogi) de solvendo debitum, & Parochus potest hæc testificari, Nav. conf. 4. de sepul. & tactum est superius, quæst. 13. in fin.

Vigesimò quæritur, an absolutio data ab Episcopo ordinatore, de qua habetur in prin. ordinat. in pontific. proficit in illo actu ordimandis innodatis etiam, & non subiectis ipsi ordinanti?

Respondetur, quòd sic, Nav. conf. 50. nu. 1. de sent. excom.

Vigesimoprimum, absolutio ad cautelam à quo, quando, à quo ordine dari possit, vide præter alios Covar. in c. alma mater, 1. par. col: pen: & ultima.

A B B A S.

Primò, utrùm Abbas possit alienare aliqua bona suæ Ecclesiæ, absque consensu Sedis Apostolicæ, vel Episcopi loci, in quo sunt sita illa bona alienanda?

Respondetur, quòd non, Nav. *conf. §. de reb. Eccl. non alien. nisi aliter in suis privilegiis caveatur*, que ad Abbates sæculares, qui potiùs Commendatarii dici possunt, potest practicari doctrina Nav. quia subsunt jurisdictioni Episcopi, in cujus dicecesi sunt sitæ Abbatia, vel eorum bona, ut patet vulgatis, *capit. Abbatibus, 12. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Covar. lib. 1. c. 2. var. resol. nisi consuetudo, vel exceptio aliter dicat, gl. ibi in ver. Episcopi sui.*

Secundò quæritur, qua mitra possunt uti Abbates?

Responderur, quòd qui ex consuetudine, vel privilegio possunt uti mitra, possunt eam portare in præsentia Episcopi, non tamen pomposam, seu pretiosam, *c. ut apostolica, de privil. lib. 6. ubi habetur, quòd exempti possunt uti coram Episcopo mitra aurificata, tamen sine laminis argenteis, vel gemmis, qui verò non sunt exempti, planis, & usus obtinuit, ut utantur mitra ex tela alba, & ita vidi practicari in multis Conciliis provincialibus, Afflict. in constitutione hac leges, §. honorem, notab. 1. Abbates ad hoc ut possint exercere episcopalem jurisdictionem, & conferre ordines minores, prout in c. Abbatibus, sess. 23. sac. Conc. Trid. &*

excommunicare, sufficit quòd sint electi, Host. in Sum. tit. de sent. excom. §. nendum, nu. 5. quia Abbates, licet consueverint consecrari, prout in Pontificali, tamen sufficit, ut sint electi à suis monachis, ita Addit. in Sum. loc. cit. litera C. & ita servatur in praxi.

Tertiò, Abbas Episcopalem jurisdictionem habens, est executor ultimatum voluntatum, Covar. in c. Ioannes, c. 1. & 2. de testum.

ABJURATIO.

An abjuratio inducat inhabilitatem ad beneficia ecclesiastica, & alia officia?

Respondetur, quòd quis potest dupliciter facere abjuracionem, primò, quando abjurat pro hæresi incurta confessâ, probata, vel convicta, & hæc inducit inhabilitationem; secundò, quando quis abjurat pro hæresi suspitione, & hæc non inducit inhabilitatem, Nav. *conf. 18. de hæret. & conf. 13. de prima habetur in c. 1. prima, q. 7. & c. ad abolendum, de hæret. §. de hærede. de secunda habetur in d. c. ad abolendum, §. qui verò. cætera de abjuracione, vide plenius Sym. de Cath. inst. cap. 1. & Cast. lib. 1. cap. 24. & lib. 2. c. 2. de just. hæret. punit.*

ABBATISSA.

Primò, an Abbatiſſa debeat esse virgo?

Respondetur, quòd sic, si vult consecrari, ita Cap. 1 olof. q. 29. Arch. in cap.

cap. indemnitatibus, de elect. lib. 6. sed potest Episcopus dispensare, ut sit Abbatissa solum, licet non sit virgo, gloss. ibi.

Secundò, electio Officialium monasteriorum ad quem spectat?

Respondetur ex Sac. Cong. *decl. 55. in meis*, ubi censuit in hæc verba: *Electio Officialium, qui administraturi sunt bona monasteriorum, spectat ad superiores monasterij, & idèd licet Episcopus sit ejus superior, ipsi Officiales eligere possunt.*

Tertiò, an Officiales monasteriorum teneantur conservare bona, introitus, & census ipsorum monasteriorum intus dicta monasteria?

Respondetur ex sac. Cong. *decl. 56. in hæc verba: Officiales electi pro administratione bonorum monasterij à superioribus ejusdem, possunt, prout ipsis magis expedire videbitur, redditus ipsorum monasteriorum in loco convenienti, etiam extra monasterium, conservare, & ab eisdem subministrare pro tempore necessaria ipsis monialibus.*

Quartò, quia dictum est *in ver. Abbatissa, §. p. 7. de quietatione facta ab Abbatissa procuratori monasterij, &c.* nunc adde, quòd quietatio Generalis illius non extenditur ad res occultas dolo, prout præsumitur in rebus mobilibus, *l. tres fratres, ff. de pactis, Jason. in l. sub prætextu, nu. 2. vers. ego puto, de transact.*

ADULTERIUM.

PRimò, conjugum alter committens adulterium perdit jus exigendi,

etiamsi sit occultum, & sit facta sit separatio, sive divortium, propter alterius adulterium probatum in foro exteriori, fit compensatio per alterius commissum in foro Dei, *Nav. in cons. 1. de divort.*

Secundò, an uxor, quæ scit, vel per evidentiam, vel per conjecturas viam adulterasse, possit tuta conscientia separari ab illo, etiamsi hoc non potest probari in foro exteriori?

Respondetur, quòd sic, prout dixi *in Pract. meæ pœnit. c. 22. q. 21. & habebitur in verb. divortium, & Covar. inferius, n. 2. & in primo casu uxor non solum perdit dotem, sed paraphernalia, & arthas. Covar. de spons. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 3. & adulter laicus potest etiam puniri à judice ecclesiastico, ut notat Covar. loc cit. §. 7. n. 20. in ult. quod probat ex communi.*

Tertiò, adulterium an probetur commissum una die, vel in uno loco per unum testem, & per alium testem, probatur in alio loco, vel tempore?

Respondetur, quòd non, *Cap. Tolo. Ios quest. 209. sed quando testes concordant in facto principali, & discordant in aliquibus circumstantiis, vide ibi Addit. in verb. contrarium. vide Azon. in Sum. lib. 9. ad legem Iuliam, de adult. Diaz. pract. crim. canon. c. 49. Covar. de spons. 2. par. c. 7. & 6.*

ADVOCATUS.

PRimò, an Clericus in minoribus possit esse Advocatus in casu criminali?

B 3

Re-

Respondetur, quòd sic; sed si inde sequatur mors, vel mutilatio, fit irregularis, Navar. *conf. 6. an cler. vel monach.*

Secundò, Advocatus, vel Procurator obligati ad defensionem causæ, non videntur obligati ad defendendum causam appellationis. Vide Gom. *in c. si. notab. 1. de testibus, lib. 6.* & pro primo citat Arch. pro secundo Joan. And. quod nota in facto.

ALTERNATIVA.

Primò, si quis habet beneficium, & postea assequatur secundum, & per istam assecutionem vacet primum in mense Papæ, & an valeat alternativa, ita ut non posset illud conferre Episcopis?

Respondetur, quòd si vacet in mense Papæ, non potest illud conferre Episcopus, ideo sit cautus Episcopus, ut faciat cadere possessionem secundi in mense, in quo ipse potest conferre, alias non posset, Navar. *conf. 18. nu. 3. de prab.* & idem observare debet Episcopus, quando privat aliquem clericum beneficio, faciat cadere privationem in mense suo; ad hoc, ut possit de illo ipse disponere, & sic ego practicavi, dum essem Vicarius Compzæ, quando privavi quendam presbyterum Canonicum in Archiepiscopali Ecclesia Compzana, propter residentiam non præstitam, & feci incidere illam privationem in mense Archiepiscopi; nam alternativa habet locum non solum in vacationibus per obitum, sed per asse-

cutionem secundi incompatibilis, per renunciationem, matrimonium contractum, & religionis ingressum.

Secundò, à quo tempore incipit currere alternativa Episcopi?

Respondetur, nisi postquam eam acceptaverit authenticam à datario, & fides ejus acceptionis perveniat ad datarium, & mortuo Papa concedente, expirat, quando datur ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia tunc durat usque ad novam reservationem per Papam successorem faciendam, Navar. *conf. 31. num. 2. de prabend.*

Tertiò, utrum Episcopi habentes alternativam, amittant eam, si deinde habuerint indultum à Papa conferendi beneficia in omnibus mensibus, si conferunt beneficia vigore indulti?

Respondetur, quòd non, Caputaq. *decis. 309. part.* Ratio est, quia per indultum, quod est privilegium particulare, & odiosum, non amittitur jus ordinarium, quod est jus favorabile, ut patet.

Quartò, utrum Episcopi absentes gaudeant alternativa?

Respondetur, quòd non, nisi residentes. Pius V. *Bull. 164. & 165.*

Quintò, an dies termini computetur in termino in hac alternativa, v. g. Papa reservat sibi omnia beneficia vacantia à die prima Martii, an contingente vacatione illa die poterit Episcopus conferre?

Respondetur, quòd non, quia mensis currit totus utilis Papæ; nam per reservationem regularem sibi semper reservavit octo menses, per reservationem

nem alternativam sex; ita Nav. d. conf. 31. num. 4: de prebend. quod nota pro fallentia illa, qua dicitur dies termini non computari in termino. Confirmatur per ea quæ dicit Gom. in cap: cupientes; §. hac genera. ver. quæro an dies in quo, de elect. l. 6: & melius in c. sicut tempore, ver. quæro à quo, de elect. l. 6. ubi dicit reservationem habere vigorem ab illo momento temporis, quo emanat reservatio.

ALIENATIO.

Primò, si quis alienaverit bona Ecclesiæ, reservato assensu Apostolico, si & quatenus opus est, prout passim solet apponi in huiusmodi contractibus, an valeat ista alienatio?

Respondetur primò, quòd si alienatio est de permisis, prout in *exterrulas*, 12: q: 2. & in solitis alienari in evidentem Ecclesiæ utilitatem, non est opus illa clausula, Si, & quatenus opus est, nisi adsit assensus Ordinarii, prout dictum est *superius*, in 1. par. ver. alienatio, §. 1, 3, 4. & 5. & si verò alienatio est de rebus, in quibus opus est beneplacito Apostolico, non potest mandari executioni, nec fieri traditio, nec alienata, vel permutata, nisi prius veniat assensus Apostolicus, aliàs incurreretur poena, prout in *Extravag. ambitiosè*, Navar. conf. 1: de reb: Eccl: non alien: & ratio est, quia quousque veniat assensus Apostolicus, contractus est conditionalis, ita etiam Nav. conf. 9: de empr: & vend. & hodie in regno dicta Extravagans est usu recepta, quoad om-

nia. ita in practica communiter servatur.

Secundò, si quis legaverit centum alicui collegio, vel capitulo, cum hoc, ut singulis annis in perpetuum celebraretur anniversarium pro anima illius, an possit collegium sive capitulum illam pecuniam legatam dividere inter Canonicos, vel presbyteros præsentis?

Respondetur negativè, sed debet converti in annum censum, prout in *Clem: exivi*, §: cumque annui census: quia debet servari pro futuris presbyteris, per *regulam, qui sentit commodum*, de reg. jur. & *Matth: 5: in vinea Domini*, &c. & per cap: cum secund: Apost: de preb: Nav: conf. 8: de reb: Eccles. non alienand.

Tertiò, utrum Prælatus faciens incidere arbores fructiferas, & non fructiferas, sine consensu Capituli, vel Abbas sine consensu Conventus, & absque causa necessitatis, sit ipso jure suspensus ab officio?

Respondetur, quòd sic, *Clem: 1: de reb: Eccles. non alien: Nav: conf. 5: & 7: de reb: Eccles. non alienan.*

Quartò, pecunia quando dicatur expensa in Ecclesiæ utilitatem, vel non in præjudicium successorum?

Respondetur, quòd hoc dubium movetur propter decretum sac. con. *Trid. sess. 25. cap: 11: de resor: nam ponamus quòd Canonici, vel rectores ecclesiarum concedendo terras, vel loca Ecclesiæ aliis, acciperent pecuniæ quantitatem, an hoc sit in Ecclesiæ utilitatem, vel successorum præjudicium?*

Dico

Dico igitur, quòd tunc dicitur pecuniam fuisse expensam in Ecclesiæ utilitatem, & non in præjudicium successorum, quando emitur aliqua res perpetuò duratura, vel ædificatur aliquid Ecclesiæ, vel pro reparandis ædificiis minus utilibus, ut fiant utilia: vel pro colendis agris, vel quid simile. Innoc. capit. quod quibusdam, nu. 4. de fidejuss. & quomodo probetur pecuniam fuisse expensam in Ecclesiæ utilitatem, & non in præjudicium successorum, vide Covar. lib. 2. cap. 17. nu. 3. variar. resolutio. ad quod sint cauti emphyteutæ, & illi qui emunt bona Ecclesiæ, ut faciant emere aliquod stabile, vel converti in annuos census ex pecunia soluta, & numerata, ad hoc ne cogantur iterum solvere per successores.

Quintò, an consuetudo, quòd res Ecclesiæ debent locari proximioribus, finita locatione ab antiquis colonis sit utilis Ecclesiæ?

Respondetur, quòd sic, ratio est, quia conductores, & emphyteutæ invitantur ad meliorandum bona Ecclesiæ data eis occasione & spe locationis, Caputaq. decis. 230. 1. par. imò ipsa consuetudo est conformis juri communi, & Beneventi adest statutum confirmatum à Sixto V. imò potest cogi finita emphyteusi, ut confirmet emphyteusim hæredis descendenti. à primis emphyteutis, & appellare ad superiores de Jure Canonico, per gl. in c. bonæ, de postulat. Prælatorum, Staphil. de liter. grat. f. 143. n. 3.

Sextò, an beneficiatus locans ad vitam, vel ad aliquas generationes, vel

ad longum tempus, vel in perpetuum aliquas domos, vel prædia Ecclesiæ bona fide, ob veram utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ, peccet mortiferè, vel incurrat pœnas Clementina prima, & Extravag. ambitiosa, de reb. Eccles. non alien. & aliorum jurium imponentium pœnas sine canonica solemnitate, & inconsulto Romano Pontifice?

Respondetur primò, videri quòd sic, per d. Clem. & Extrav. tamen respondetur quòd non, quia dictæ Constitutiones loquuntur in præsumentes, ita Nav. tract. de reb. Eccles. non alien. n. 15, 16, & 17. facit quod dixi superius, §. 3. in opere majori, conclus. 4. ratio est, quia res quæ magis est damnosa, quàm utilis Ecclesiæ, potest alienari, c. terrulas, 12. q. 2. Nav. in gl. sum. 1. 2. q. 2. n. 3. etiam absque solemnitatibus, facit quæ dicit Cajet. in sum. verb. excommunicatio, c. 64. & Nav. c. 27. n. 101. per Clem. 1. de privil. Gom. in c. 2. n. 50. not. 7. de const. l. 6.

Septimò, an Ecclesiastici, qui alienaverunt bona Ecclesiæ, possint decenter revocare alienationem?

Respondetur primò, videri quòd non, per regulam, quod semel placuit, de reg. jur. l. 6. tamen respondetur secundò, quòd possunt, c. magna sapientia, 22. q. 4. Nav. loc. cit. n. 23: licet prius habilitari debeant à juramento, ne sint perjuri.

Octavò, an si Ecclesia alienaverit rem sub contractu censitico, vel emphyteutico uni, & ille postea alienaverit pluribus, an ipse solus teneatur solvere

vere

vere censum, vel canonem, an etiam illi, qui eam emerunt?

Respondetur, quòd Ecclesia poterit petere censum, seu canonem à quolibet illorum, quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione, *l. 2. §. ex iis, ff. de verb. sign. Nav. loc. cit. q. 16.* & odiosum est Ecclesiam habere plures patronos, prout dicitur de jure patronatus.

Nonò, fructus indebitè percepti ex bonis ecclesiasticis, malè alienati, cui applicari debent?

Respondetur, quòd fabricæ S. Petri de Urbe, ita Pius V. *Bulla 221. que incipit, Ex debito, & alia 113. que incipit, Exigit.*

Decimò, an quando non licet fieri alienatio, possit fieri transactio?

Respondetur, quòd non super re immobilib. Ecclesiæ, sine solennitatibus requisitis in alienatione, nec Prælatus potest cedere liti, & causæ, sine dictis solennitatibus, quando actio est ad rem immobilem, *Caputaq. dec. 106. & 318. par. 3.*

Undecimò, si sit aliqua res ecclesiastica immobilis, quæ nunquam fuit solita alienari, censuari vel affictari, tamen similis illi fructifera fuit solita alienari, puta domus fuit solita alienari, turris, seu campanile, cœmeterium, seu Ecclesia profanata, non quia nondum erat profanata, & postea sic, vel per visitationem Episcopi, vel ruinam, vel per desolationem, vel propter derelictionem populi?

Respondetur, quòd sic, quoad à simili dicit Rav. in *com. de usur. q. 15. nu. Prax. Episc. Pars II.*

133. *Argu. c. quod per novale, de verb. sign.* tunc quia modus loquendi per se omnium est servandus, *l. Labeo. ff. de suppel. leg.* facit quod dixi superius, quòd res inutiles Ecclesiæ possunt fieri utiles per alienationem.

Decimosecundò, an Episcopus possit impartiri auctoritatem permutandi possessiones, seu prædia unius Ecclesiæ cum possessione alterius Ecclesiæ?

Respondetur quòd sic, *c. unico, de rev. permutat. lib. 6.* & etiam permutandi unam Ecclesiam cum altera duobus habentibus illam, *c. questum, de rev. permut. Nav. cons. 5. de reb. Eccl. non alien. nu. 2.*

Decimotertiò, quæritur qua praxi utendum in præstando assensu ab Episcopo super re ecclesiastica alienanda?

Respondetur primò, si est de rebus solitis alienari, ita proceditur, primò datur memoriale, seu libellus, seu petitio Episcopo, quo petitur præstari ab ipso assensum; secundò Episcopus dæternitè capi informationem, qua capta, & viso quòd tendit in evidentem Ecclesiæ utilitatem, interponit decretum, & præstat assensum; secundò si est de rebus non solitis, & impetratur à Sede Apostolica breve, quod vocatur (si evidentem) solet committi Ordinario, qui caprà informatione, & viso, prout supra, interponit decretum, & nomine Sedis Apostolicæ, tanquam delegatus ab illa, præstat assensum, ista praxis sumitur ex communi stylo curiarum.

Decimoquartò, alienari prohibita, an possint ad longum tempus locari, cum inter locationem, ac alienationem

C

nem

nem sit discrimen, tamen oppositum est verius, cum propriè alienare dicatur, qui utile dominium transfert, Bald. post gl. c. 1. in prin: *S. novi verò, de his, qui feud. dar. poss.* & sic res Ecclesiæ, quæ alienari nequeant, nec ultra triennium locari possunt, Covar. lib. 2. c. 16. nu. 2. *vers. scire etiam var. resol.* verùm hoc fallit in Præfato locante ad longum tempus, & non alienante, ut propter hoc non esset perjurus, Cald. in c. cum contingat, de iurejur. nec emphyteutan prohibitum, alio jure prohibetur locare ad longum tempus irrequisito domino, nam licet quoad penam non sit verum, potest practicari, quoad rescissionem contractus. Alex. conf. 119. li. 3. Parisius in scholiis ad Alex. nisi aliter caveatur in concessione emphyteusis. similiter prohibitus alienare, potest hæredem extraneum constituere ei, & relinquere causa mortis, rem illam, quam inter vivos poterat alienare, vide inter cæteros Covar. in c. Rainaldus, nu. 5. concl. 1.

Decimoquintò, quia dictum est, res Ecclesiæ non solitas alienari, non posse locari ultra triennium, hoc tamen fallit in illis, quæ non fructificant, nisi singulo triennio, vel quinquennio, quia nec ista possunt locari per novem annos, vel per quindecim, ut quædam oliveta, myrtera, sylvæ castanearum, quæ sunt cædæ, & nemora cædua, ubi cõductor tam per novem annos, quam per quindecim, solum ter capit fructum, ita inter alios Covar. li. 2.

c. 16. nu. 6. *ver. tertio, var. resol.*

ANNUS SANCTUS.

Annus sanctus, seu Annus Jubilæus, primò quando ortum habuit, secundo, quando incipit habere vim, tertio, quæ Indulgentiæ suspenduntur per celebrationem dicti Anni sancti; quarto, quid lucratur; quinto, quid agendum, ut lucratur; sexto, an pluries possit lucrari; septimò, discrimen inter Annum sanctum, & Indulgentiam plenariam; octavo, quando lucratur, in medio, vel in fine visitationum Ecclesiarum.

Ad primum. Respondetur, ex antiquissima traditione haberetur, annum Jubilæum à Christi Domini Nativitate, singulo centesimo anno incepisse, & observatum fuisse, Jo. Fregurgensis in tract. de Indulgent. qu. 6. Nav. tract. de Jubil. & Indulg. notab. 1. n. 12. & comprobatur hac ratione, pro nunc, quia Indulgentia, & Annus Jubilæus includuntur in Sacramento Pœnitentiæ, sed ista incepit à prædicatione Evangelicæ; ergo est Indulgentia, ergo & Annus Jubilæus, quamvis gl. in Extra. 1. de pen. & rem. dicat singulo quinquagesimo anno, à Nativitate Christi, fieri solitum, & quod Bonifac. VIII. decrevit singulo centesimo, ductus fama communi, quia sic tunc temporis ferebatur, propter alias rationes, quas videas in d. l. casu 5. col. 5. ubi Joan. Mona: Glossator dicit, se ex ore dicti Summi Pontificis habuisse vivæ vocis oraculo, cum esset Cardinalis, & idem Navar. loc. cit. notab. 7. num. 4. dicit contra Polydorum asse-

asserentem Bonif. VIII. fuisse inventorem dicti Anni Jubilæi, sed potius renovatorem, ait Nav: & introductorem, & hoc mihi persuadeo hac ratione, nam cum Ecclesia Dei fuerit ante per trecentum ferè annos sub tyrannis, & postea per multa sæcula bellis, hæresibus vastissimis, erat abolitum fortassis à memoria hominum hoc salubre institutum, & sic Bonif. VIII. singulo centesimo in *Extravag. 1. de pœnit. & remiss.* Clem. VI. singulo quinquagesimo, *Extrav. unigenitus.* Paul. II. & Sixtus IV. singulo vigesimoquinto, & sic deinceps perseveratur usque ad hodiernum; non præmittam dicere, me audivisse à Prælatiis fide dignis, quòd Gregor. XIII. qui aperuit Januam sanctam Anni Jubilæi, anno 1575. sæpius dixisse, se velle reducere annum Jubilæum singulo decimoquinto anno, & hoc fortassis rationabiliter, cum satis abbreviata, & debilitata sit humana vita, vide Sot. 4. 5. 21. *qu. 2. art. 1. col: 6.*

Ad secundum. Incipit à die Nativitatis, vel die Vigiliæ, ut habetur ex dictis *Extravag. inclusivè*, sed Nav. *loc. cit. notab. 24. n. 2.* dicit, quòd Greg. XIII. ita à primis vespèris inclusivè, cum ante vesp. aperiatur porta S. & tunc censetur aperiri thesaurus Ecclesiæ pro tanti muneris largitate.

Ad tertium. Respondetur, omnes indulgentiæ plenariæ, non autem aliæ gratiæ concessæ aliquibus locis, vel personis, ut notat Navar. *loc. cit. notab. 28. nu. 8. & notab. 33. nu. 2. & notab. 35. nu. 102.* nec aufertur potestas Or-

dinariorum, quæ eis competit à jure communi, nec de jure Conc. Trid. per *c. 6. sess. 24. de reform.* nec indulgentiæ temporaneæ, i. per tot dies. dubitatur hæc, quia dictum est, omnes Indulgentias plenarias suspendi per annum Jubilæum, non solum eo transacto, sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ergo omnes Indulgentiæ, quæ sunt perpetuæ, non durant nisi per viginti quinque annos? Respondetur primò, ita se res habere, quia perpetuum etiam verificatur per decennium, ut patet vulgatis. Dices ergo, decipiunt tot Confraternitates, quæ putant se habere tot Indulgentias, ut Corporis Christi, Rosarii, Cruciatæ, Corrigatorum, Conceptionis, Trinitatis, Nominis Jesu, & aliæ quæ fuerunt concessæ à Summis Pontificibus. Respondetur secundo, quòd transacto Anno Sancto, Archiconfraternitates, quæ sunt Romæ, à quibus dependent omnes mundi confraternitates, ut plurimum tanquam graciæ, & Protectores, & Generales Regularium, adeunt summum Pontificem, & petunt earundem confirmationes, & sic confirmatis principalibus, confirmatæ censentur dependentes ab eis, per *regulam, accessorium, & subrogatus.* Dices, cur Summi Pontifices utuntur his verbis, Concedimus has in perpetuum valituras. Jam responsum est, quòd perpetuum verificatur etiam spatio viginti quinque annorum, & etiam non solemus dicere per octo dies perpetuos, ita Jo. Damas. de cantu Angelorum in sepultura Deiparæ per tres dies per-

petuos, in *serm. de dorm. Deipara*, sub finem. Secundò responderetur, quòd perpetuum dicitur elapso anno Jubilæi, cum Summi Pontifices facilius inclinentur ad confirmandas Indulgentias jam concessas in perpetuum à suis prædecessoribus, quàm temporarias, vel novas concedere, prout dixi in *ver. pensio*. Tertio responderetur, quòd suspenduntur solæ Indulgentiæ plenariæ extra Urbem, non urbanæ, sed cum dictum sit omnes ferè Indulgentias orbis Confraternitatum dependere ab urbanis, illis non suspendis, nec suspendi videntur dependentes ab eis, sed solùm illæ, quæ sunt concessæ extra Ecclesias Romanas, aliquibus locis particularibus, quòd licet Navar. videatur attingere *loc. cit. nu. 33. super verba, publicentur, num. 7.* tamen ita audivi practicari. Dices, ergo non suspenduntur Indulgentiæ plenariæ, extra Urbem, communicatæ ab Urbanis? Responderetur, quòd sic, durante Anno Sancto, & hoc rationabiliter, ad hoc ut Christi fideles majori cum devotione, & lucro adveant Romam, ad fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, & ad petram Ecclesiæ universalis. Vide Navar. *conf. 17. de poenit. & remiss.*

Ad quartum. Responderetur, quòd lucratur Indulgentia plenissima, pro cuius intelligentia est notandum, relictis aliis, quòd Indulg. est triplex, plena, seu plenaria, plenior, & plenissima. in Indulgentiis quotidianis, quæ vulgò plenariæ vocantur, lucratur plena, & est illa, per quam tollitur poena injuncta, vel injungenda pro peccatis con-

fessis, plenior est illa, per quam tollitur poena tota pro omnibus peccatis confessis, & etiam pro mortalibus non confessis debita: plenissima, per quam tollitur poena tota, debita pro omnibus peccatis etiam non confessis, etiam venialibus; ita Nav. *loc. cit. not. 9. nu. 3. & 4.* licet Sot. *loc. cit.* non admittat distinctionem hanc, sed dicit dici exaggerativè, quòd mihi non multum displicet, adeò quòd in Anno Sancto Jubilæo lucratur tertia, i. plenissima Indulg. videlicet remissio totius poenæ, pro omnibus peccatis lethalibus, etiam non confessis, etiam venialibus.

Ad quintum. Responderetur, ad lucrandum Annum Jubilæum, requiritur non solùm, quòd homo sit in gratia, sed ut actu confiteatur peccata sua, communicet, & visitet tot Ecclesias, tot vicibus, quor à summo Pontifice jubetur, & sic super quòd summus Pontifex jubet servari aliquid, illud omnino est servandum, alioquin non lucratur indulgentiam. Navar. *loc. cit. not. 19. per totum.* in lucrandis verò indulgentiis quotidianis, sive perpetuis, in quibus non dicitur de actu confessionis, vel communis, sufficit, ut sit in gratia, quòd potest fieri per solam contritionem.

Ad sextum. Responderetur, *ex eodem not. ab. 32. n. 4. vers. ex quo.* quòd qui incipit visitationem Ecclesiarum, & putat malè eas visitasse, potest repetere visitationem earundem, & qui benè semel visitavit, adimplevit omnia requisita, si vult iterum easdem peragere, potest iterum lucrari.

Ad septimum. Respondetur, quòd est discriminem inter Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum? Respondetur primò ex Nav. *loc. cit. nota. 8. nu. 3.* quòd se habet ut genus, & remissio peccatorum velut species. Secundò, quòd sunt idem, ut *Mar. c. 14. Cœpit jurare, & anathematizare*, sicut interdum dicitur in quibusdam Canonibus, & Bullis, excommunicamus, & anathematizamus, quamvis in hisce verbis alia possit esse interpretatio, vel quia ponitur exaggerativè, vel quia convertitur, & pro vel, sive substantivum cum adjectivo, ut indulgentia plenaria sit adjectivum, & remissio peccatorum substantivum.

Ad octavum. Respondetur ex eodem *loc. cit. notab. 1. super ver. durante, n. 38. & eod. super verbo, consequuntur*, ubi dicitur, quòd potest quis visitare Ecclesias determinatas, in verbo, & finitâ visitatione confiteri, & communicare, & tunc lucratur Annum Jubilæum, & si hoc non fecerit in Urbe, sed tantum Ecclesias visitavit, & post regreditur in patriam suam, habet totum annum illum pro spatio ad confitendum & communicandum, in tantum, quòd si ultimo anni die confiteatur, & communicet, tunc lucratur Indulgentiam anni Jubilæi, quæ doctrina licet si sit vera, ut à simili dixi, *in ver. Indulgentia*, ex *Sot. in praxi mea poenit. c. 10. q. 31.* tamen videtur satis larga. Denique sic res se habet, quia in materiis istis moralibus, potius largè, quàm strictè proceditur, hoc tamen fallit primò in secundo anno, quando annus Jubilæus

fit extra Urbem. nam in multis conceditur Jubilæum pro uno mense, alibi pro sex, & sic dico, quòd quis habet tempus per totum spatium mensis, vel sex mensium ad confitendum, & communicandum, adimpletis prius tamen adimplendis. fallit secundò, nisi aliter Summus Pontifex statuerit, ut verbi gratia, accedentes ad Urbem, visitare habeant tot Ecclesias, tot vicibus jejunare, tot diebus confiteri, & communicare in Urbe, & finitâ visitatione, quia tunc ibi omnia essent adimplenda, aliàs non lucraretur indulgentia, vide *Navar. notab. 19. num. 11. & gl. 9. in d. Extravag. 1. de poenit. & remiss. & c. odia.* quia sumus in favorabilibus, & *Nav. loc. cit. notab. 16. n. 6. Sot. 4. sent. dist. 21. q. 2. ar. 3. col. 4.* Hæc volui attingisse pro nunc breviter, sperans Deo adjuvante me facturum peculiarem tractatum de Anno Sancto Jubilæo.

ANGARIA, SEU PERANGARIA.

Primò, quæ dicantur angaria, & perangaria, vide *Innoc. in c. non minus, nu. 3. de immun. Ecclesi.*

Secundò, an Ecclesia teneatur ad angaria, & perangaria, vide eund. *loc. cit. num. 4. & 7.* & *Afflict. in constit. just. cultores, notab. 5. num. 5.* ubi dicit, nec Ecclesiani, nec Clericos possunt sustinere Angariam.

* * *

ARCHIDIACONUS.

Primò, ad Archidiaconum spectat examinatio clericorum, & praeficiendorum, & ordinare processiones, Host. in sum. tit. de offic. Archid. §. & quod sit eius officium, ver. quadam verò, num. 4. & tit. de sent. §. quos, num. 4. nec obstat, quòd Conc. Trid. jubeat singulis annis in dioecesana Synodo eligi debere examinatores pro examinandis provis de aliquo beneficio, vel de promovendis ad ordines ecclesiasticos, nam propter hoc non excluditur Archidiaconus, cui competit hoc de jure communi, & à jure antiquo non est recedendum, nisi quatenus, &c. sess. 27. cap. 18. de resor. & examinatores illi electi intelliguntur simul cum Archidiacono, cui de jure illud competit cumulativè.

Secundò, Archidiacono, vel quovis alio in dignitate posito, incidente in aliquam amentiam, vel morbum, quo redditur inhabilis ad obeunda munia sibi attinentia, non vacat ejus dignitas vel officium, seu beneficium, nec potest privari illo, sed dandus est ei coadjutor, Navar. conf. 1. de cler. agrot.

AGNUS DEI.

Agnus Dei benedicti à Papa, non possunt depingi, neque miniari, aut venales proponi, Greg. XIII. Bull. 2. quæ incipit, *Omni certè*, sub pœna excommunicationis incurrendæ.

APOSTATA.

Apostata non est Monachus, vel Religiosus, qui transit absque li-

centia habita, nec petita ad aliam religionem laxiorem. Imol. in c. intelleximus, de etat. & qualitat. in fi. Cap. Tol. q. 16. hodie secus per Bull. Paul. IV. de qua, &c. vide in feriis, in ver. Monac. §. 6. vide Azon. in sum. lib. 1. rub. de Apost.

ARCHIEPISCOPUS VEL METROPOLITANUS.

Primò, Archiepiscopus, seu Metropolitanus incidit in pœnas sui Suffraganei, si ibi delinquit in territorio ipsius Suffraganei, Host. in sum. tit. de sent. excommun. §. quis valeat, num. 9. & dixi in versi. excommunicatio, de causa materiali, §. ad quintum, vers. hinc oriuntur; nec potest vocari Archiepiscopus, antequam habeat pallium, ad quod impetrandum, vel requiritur præsentia electi, vel mandatum speciale, sive persona deputata ad hunc effectum, & quid significet hoc pallium, & quando, & ubi eo uti possit, & quòd non posset alter Archiepisc. illud alteri commodare, & quòd Archiepisc. si plures haberet Archiepiscopatus, plura eum oporteret à Sede Apostolica, vel à corpore divi Petri pallia impetrare, & cum moritur, cum illis omnibus sepeliri, vide pro his omnibus, c. nisi, & ibi gl. in ver. nominis, c. 1. c. ex tuarum, cum simil. de auct. & usu pallij, vide Host. in sum. eodem tit. Syl. in verbo, Pallium. Præterea nonnulli faciunt differentiam inter Archiepisc. & Metropolitanum, ex eo quòd omnis Metropolitanus est Archiepiscopus, sed non è contra, quia Metropolitanus dicitur Archiepiscopus

pus habens provinciam, id est, Episcopos, Suffraganeos; Archiepiscopus vero, qui illam, vel illos non habent, non potest nuncupari Metropolitanus, sed solum Archiepiscopus, facit c. 21. 1. dist. post initium, ubi aliter Archiepiscopum, aliter Metropolitanum nominat: facit c. factore, 6. q. 3. Gem. in c. fin: vers. glossa secunda, de offi. ordin. lib. 6.

Secundo, Archiepiscopus est Judex ordinarius Saffraganei, Gemin. in c. 1. de offi. vic. lib. 6.

Tertio, Archiepiscopus potest ponere edictum per totam provinciam, quando esset casus suæ jurisdictioni competens, idem in c. 1. notab. 1. de suppl. negl. pralat. l. 6. vide Marinum Frezzam in tract. sub feudis, ubi etiam potest habere, quot Episcopatus, & Archiepiscopatus habeat Rex Neapolis, in Regno Neapolitano, & quot summus Pontifex.

ASSISTENTES IN CAPELLA PAPÆ.

Assistentes Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi in Capella Romano Pontifici, quænam habeant privilegia, & exemptiones: vide Jul. III. Bull. 14. quæ incipit, Romanus pontifex, & audivi inter alia, quod possint testari causa mortis, usque ad summam duorum milium ducatorum.

ARS NOTORIA.

Ars notoria dicitur illa, qua omnia quasi fiunt nota, & fit qui-

busdam observantiis, orationibus, & aliis rebus prohibitis, & est superstitiosa, & prohibita, quia ea media putant quidam posse scire omnia, licet apparenter aliquando virtute dæmonum aliqui vili sint ea scire media hac arte, sed falso, Barthol. Sybil. spec. per. qq. 9. 13. c. 11. 3. dec.

Secundo, Artis notoriæ libri omnes sunt prohibiti per indicem impressum Romæ anno 1596. in litera N, incertorum auctorum libri prohibiti.

Æ T A S.

Primò, quæritur, quomodo probatur ætas? Respondetur primò, quod potest per librum Baptismi Ecclesiæ parochialis, qui bene conservatur in dicta parochia: secundo, ex testificatione patris cum juramento, sicut etiam filiatio probatur ex scriptura, & annotatione patris, Dec. in capit. cum causam, colum. 3. ver. quarto fallit, de probat. Caputaquens. decisio 314. 1. p. vide in ver. matrimonium, dub. 14: licet Speculator in tit. detest. §: 1. ver. generaliter, & Alex. conf. 190. columna secunda, notab. 14. lib. 6. dicant patrum non posse testificari super consanguinitate nepotis, Caputaqu. decisione 279 parte tertia, sed potest intelligi in præjudicium tertii, vel quando exciperetur, vel in re gravis momenti, idem Navarr: consilio octavo de temp. ord. ubi dicit sufficere filio credere parentibus de legitima ætate asserentibus.

Secun-

Secundò quæritur, quæ ætas requiritur ad Ordines Ecclesiasticos? Respondetur quòd non sufficit ætas, prout in *Clem. 1. de at. & qual.* sed requiritur necessariò ætas requisita à **Sacro Concilio Tridentino** *sess. 23. c. 12. de reform.* quæ tamen ætas sufficit, ut attingatur etiam per ultimum diem, licèt eum diem nondum excessisset. *Navar. conf. 9. de temp. ord. & in Manual. c. 25. n. 116.*

Tertiò, quæ ætas requiritur ad beneficia ecclesiastica obtinenda? Respondetur, prout in *ver. beneficium, §. 1. ver. ad dignitates, & in ver. Canonica, §. 2. & 3.* & **Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de reform. & sess. 24. cap. 12. de reform. vide *Gom. in c. si eo tempore, ver. in eagl. in fine, de rescr. lib. 6. & in c. ex eo, notab. 2. de elect. eod. lib.***

Quartò, quæ ætas requiritur in contrahendo matrimonio? Respondetur, quòd sufficit in fœmina novem annorum cum dimidio, & in homine decem cum dimidio, & aliquando ex urgentissima causa potest ante pubertatem, *c. 2. de spons. impub. & ibi gloss. Innoc. & Pan. & Navar. conf. 4. de spons. impub. Cov. de spons. secunda parte, c. 5. per totum.*

APPELLATIO.

Primò quæritur, an possit appellari à diffinitiva, sine causæ expressione? Respondetur, quòd sic. hoc tamen fallit, quando appellatur in materia visitationis, correptionis, & inhabitationis, ubi non licet appellare sine causæ

expressione, **Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de reform. §. in causis. Nav. conf. 1. de appell.**

Secundò quæritur, utrum sit verum unde quaque illud dictum, quòd in notoriis non detur appellatio? Respondetur quòd sic, tamen potest appellari à declaratoria notorii, ita *Nav. conf. 9. num. 5. de sent. excom.*

Tertiò quæritur, ad quem debeat appellari, quando Episcopus visitat, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus, ad Metropolitanum, vel ad Papam? Respondetur prout in *ver. visitatio, qu. 3.*

Quartò quæritur, an sicut appellatio non suspendit excommunicationem, ita etiam non suspendat absolutionem? Respondetur, quòd non suspendit, seu impedit absolutionem, ut si quis dicat, appello, ne absolvas talem. Ratio est, quia non valet appellatio à futuro gravamine, secus verò si opponeretur appellatio ex iusta causa, & ab absolvente admitteretur, quia tunc negotium transferretur ad superiorem. *Innoc. in c. sacro, in fi. de sent. excom. & in primo calu ille qui fuit absolutus à Iudice à quo, manet absolutus quousque non revocetur à iudice ad quem, patet à contrario sensu, facit c. qua fronte, de appell.*

Quintò quæritur, interlocutoria quando possit revocari? Respondetur primò, quòd infra decem dies, patet vulgatis. secundò, non potest revocari, postquam iudex detulit appellationi, quia tunc causa devolvitur ad iudicem ad quem, *cap. cum appellacionib.*

hoc tit: lib: 6. tertio, nec post concessio-
nem Apostolorum refutatorum, potest
iudex à quo revocare gravamè, Franc.
inc. cum cessante, nu. 16. de appell. & ibi
Panor. imò neque de consensu par-
tium.

Sextò quæritur, an liceat appellare
à citatione? Respondetur primò, quòd
non, quando citatus est præsens, quia
potest suam gravamen dicere. secun-
dò, quando timet, potest coram hone-
stis personis. tertio, à citatione reali
potest, quia est gravamen irreparabile,
l. i: §: quoniam, ff. de questio. Lanfranc.
de appellat. num. 106. & quando est per-
emptoria, & breviarentur dilationes,
Caputq: dec. 38. imò ab edicto posito
pro electione, præsentatione, exami-
natione ad beneficia curata & denun-
tiationibus potest appellari, quia ha-
bent vim interlocutoriz, Gem. in cap.
fi. vers. sed nunquid, de elect. lib. 6:

Septimò quæritur, quando com-
mittitur causa cum clausula, omni ap-
pellatione remota, an possit appellari
hac clausula non obstante? Responde-
tur affirmativè, etiamsi apponeretur à
Papa, quando esset gravamen noto-
rium, etiam post rem judicatam, Host.
& Abb. in c. pastoralis, col. fi. num: 14. de
appellat. Caputq: decis. 33. & ita dicit
fuisse judicatum Romæ in Rota, die
27 Novembris 1551. Covar. pract. quest.
c. 10. nu. 5. vers. 4.

Octavò, an confessus possit appella-
re? Respondetur, quòd non, & si ap-
pellaverit, & appellatio non fuerit
admissa, potest tamen sententia exe-
qui. Cap: Tolos. quest. 176. & ibi Addit.

Prax. Episc. Pars II.

facit cap. Romana, § si autem, de appellat.
lib: 6. & ibi gloss. in ver. Joan: And: & Ar-
chid.

Nonò quæritur, an detur appellatio
ab excommunicatione? Respondetur
quòd non, quia fert secum executio-
nem, ut patet vulgatis, & ut probat
Cap. Tolos. qu. 298: & appellatio non
suspendit excommunicationem, Ad-
dit: ibid. & si appellaverit excommu-
nicatus ad Metropolitanum, non pot-
est per ejus curiam absolvi, nisi priùs
justificata causa appellationis, quæ fit
per visuram actorum, ergo priùs supe-
rior debet inhibere, & præcipere, ut
transmittantur acta, & postea judica-
re, prout juris erit, quia ad superiorem
non devolvitur jurisdictio, nisi priùs
probata causa vera, & legitima appel-
lationis; ita Innoc. præc. inc. per tuam,
nu: 4: de sentent: excom. unde malè fece-
runt quidam Metropolitanì, absolven-
tes ad cautelam appellantem, ante-
quam inhibeant, ut non procedatur per
aliquot dies, & transmittantur acta, ita
Host. in sum. tit. de offic. deleg. §. & quali-
ter finiatur, & sac. Conc: Trid. sess. 13.
c: 3: de reform. ubi prohibetur ad abso-
lutionem appellantis non procedi, nisi
visis actis, intellige non dari appella-
tionem ab excommunicatione, quoad
suspensivam, non tamen negatur quoad
devolutivam.

Decimò quæritur, quando Judex
non tenetur deferre appellationsi, an
possit procedere in causa? Respondetur
affirmativè, imò potest etiam ex-
communicare appellantem, & proce-
dere in causa, non obstante appellatione

D ne

ne, cap. sollicitudinem, & ibi Franc. nu. 1. de appellat. c. 1. & 2. ut lite non contest.

Undecimò quæritur, qui Judex debet cognoscere, an sit deferendum, vel non appellationi? Respondetur, quòd judex à quo, quia si non defert, potest puniri, prout in c. de priore, de appellat. c. si defert frivole, etiam potest puniri, c. si. si verò, ver. si quis, 2. q. 6. gl. in ca. cum appellationibus, de appellat. lib. 6. Covar. pract. q. c. 23. num. 8. Marant. de appellat. n. 305. & si non defert, non ideo impeditur cursus appellationis. & tunc Judex ad quem judicabit, an tenuerit appellatio, in c. dilectus filius, & ibi Franc. nu. 77. & in c. ut debitus, de appellat. Innoc. & Panorm. nam tunc judicis, ad quem est hoc definire, & cognoscere, & quod dictum est de Episc. & Suffraganeis erga Metropolitanos, idem de appellationibus, quæ fiunt ab aliquo Archiepiscopo exempto, ad Episcopum viciniorum, quia iisdem terminis est appellandum eis ad Episcopum, ita sac. Cong. decl. 283. in meo.

Duodecimò, quæritur, an possit appellari à quibusdam concernentibus visitationem? Respondetur quòd à sententiis latis per Ordinarium, circa morum correctiones, non debet admitti appellatio ante diffinitivam, vel vim diffinitivæ habentem, nec si appellaretur ad Summum Pontificem, ita Pius IV. Bull. 17. quæ incipit, De salute gregis, Conc. Trid. sess. 24. c. 10. de reformat. ubi etiam quæ ad visitationem fiunt, extendit, etiam si ad Sedem Apostolicam appellaretur, & si appellatur, ap-

pellatio valebit quoad devolutivam, non quoad suspensivam, prout pluries dictum est.

Decimo-tertiò quæritur, an aliqua civitas possit appellare ab edictis, sive ordinationibus factis ab Episcopo, & maxime, quando in eis daretur satis brevis terminus, vel essent obscura, vel intolerabilia, vel innovarent, vel non procederent ex pura conscientia? Respondetur affirmativè, ita Navar. conf. 11. de off. ordin.

Decimo-quartò quæritur, clericus excommunicatus appellans ab excommunicatione contra se allata, confidens appellationi, & putans se habere justam causam, interim celebrans, si postea sententietur à iudice ad quem, se male appellasse, non est irregularis, gl. in cap. solet, de sent. excom. lib. 6. Navar. in relectio, c. novit, de judic. in 8. opposit. num. 35. hoc autem intelligi cum gravamine, licet sit communis opinio, prout alias dictum est.

Decimo-quintò, appellare an possit reg. vide in ver. regulares, §. 6. & potest appellari ab actu judiciali, gravamen inferenti, licet non fuerit interlocutoria, Gem. in c. cordi, in 3. notab. de appell. lib. 6. sed juxta Sac. Cong.

Trid. dispositionem intellige de gravamine, quod per diffinitivam non potest reparari.

* * *

BACULUS PASTORALIS.

Primò, Baculus pastoralis quid significat per curvitatē illam superius positam? Respondetur primò, quòd vel coërcitionem, sive castigationem, quæ dari solet ab Episcopo populis inobedientibus, sicut pastor utitur pedo ad reprimendas oves errantes; secundò responderetur, quòd significat regnum; sicut enim Reges utuntur sceptro, prout dictum est *in ver. sceperum*, pro pace populorum, ita Episcopus pro auctoritate, qua utitur in salutem populi.

Secundò, eo utitur Episcopus prædicando, & incedendo, ad denotandum illa duo, *c. disciplina, 45. distin. c. nullus Episcopus, de consecr. dist. 1. text. & gloss. in ca. unico, in ver. propter historiam, & in ver. mysterium, & Innoc. in lib. 1. cap. 62. ministeriorum Missæ.*

Tertiò, quare non utitur eo Summus Pontifex, vide ibi text. & gloss. & Host. *in Sum. tit. de sac. Vn. §. ult. in ult.*

BANNITI.

Primò, quia multi summi Pontifices fecerunt constitutiones contra receptantes bannitos, occultantes, juvantes ad evadendum, faventes, aliaque ministrantes, & imposuerunt multas pœnas, & censuras, dubitatur, quinam sint, qui incurrunt dictas pœnas, & censuras? Respondetur primò, quòd cum excommunicatio non incurratur

sine peccato mortali, *c. nullus, cum vulgatis, t. 1. q. 3. vel contumacia etiam in re levi, gloss. in d. c. duo, 96. dies, & in ver. contumelia*, hinc fit, quòd solum illi, qui cum peccato mortali prædicta faciunt, incurrunt, & propterea patres, filii, uxores, fratres, & hujusmodi consanguinei, vel affines, qui occultaverint eos, aut eis consilium, seu etiam pecuniam dederint ad aufugiendum, & discedendum à territorio, non incurrunt, nec illi, qui favent eis, non ad maleficia patranda, vel ad non in eis perseverandum, nec ipsi, qui eos juvant ad evadendum eo sine, ut melius convertantur, & pœniteant, neque qui juvant illos ad evadendum manus justitiæ, sine scandalo, & violentia, ut pœniteant, neque parochi, vel religiosi, qui eos visitant, quando ægrotant, sed solum illi incurrunt, qui præsumptivè receptant, vel juvant eos ad maleficia operanda, vel in eis perseverandum, *Nav. conf. 21. de sent. excom. c. duo ista. 23. questio 4. & idem censendum est de religiosi hospitibus, seu receptantibus bannitos timore, necessitate, cognatione, utilitate, charitate; nam non incurrunt pœnas, immò interdum merentur. Nav. loc. cit. num. 55. similiter quando ponuntur pœnæ & censuræ contra receptantes bannitos, non intelliguntur illi, qui aliquod delictum fecerunt semel, vel non publice, vel diffamatorie, sed perseverantes in maleficiis, idem *conf. 22. & 23. loco cit.* nec qui auxiliatur eis tanquam egentibus vicinis Christianis, & non ut bannitis, idem *loco citato*, sicut*

D 2

etiam

etiam de receptantibus hæreticos, Ca-
jetan. in sum. de excommun. cap. 1. & Na-
var. cap. 27. num. 53. Cast. lib. 1. cap. 16. 17.
de just. hæret. punit.

Secundò, bannitus perpetuò est pri-
vatus beneficio. ratio est, quia cum
beneficio inservire nequeat, potest eo
jure privari, Panor. in cap. cum non ab
homine, de judic. Rebuff. tit. de mod. ad-
mit. benef. num. 57. & ita etiam censен-
dam est de condemnatis perpetuò ad
triremes.

BAPTISMUS.

AN infans doli capax tenens ali-
quem in Baptismo contrahat cog-
nationem spiritualem? Respondetur,
quòd sic; similiter si puer teneat ali-
quem in Sacramento confirmationis,
Navar. conf. 2. de cognat. spirit. similiter,
potest aliquis minor ætate tenere ma-
jorem natu in duobus dictis Sacramen-
tis, idem conf. 4. eod. tit. nec valet regu-
la de adoptanti.

Pater tenens filium in Baptismo in
necessitate, non contrahit cogratio-
nem spiritualem, fallit in fornicatore,
vel adultero, tenente filium suum,
quem habuit ex concubina, quia tunc
contraheret etiam in necessitate, idem
loc. cit. conf. 5. & in Manual. cap. 22.
num. 40.

Cognatio spiritualis contrahitur per
procuratorem, & licet sit varia Do-
ctorum opinio, tamen communis in-
clinat, quia si hoc potest introduci con-
suetudine, Navar. conf. 9. loc. cit. Sylvest.
in ver. Matrimonium, 8. §. 7. ver. 14. Sot.

4. sent. dist. 6. 27. q. 1. art. 3. & d. 42. q. 12.
ar. 2. in fin. Ang. in ver. impedimentum,
7. nu. 14. & si dices, compaternitas
contrahitur per tactum, ergo non por-
est contrahi per procuratorem? Re-
spondetur, quòd procurator tangit no-
mine sui principalis, & ideo probato
tactu, probatur & compaternitas, Ge-
min. in conf. 110. & 130. Capitaq. decis.
164. 1. p. & decis. 146. p. 3. & ubi non est
tactus, non contrahitur compaterni-
tas, idem dec. 186. p. 3. & valet argu-
mentum de tactu in ordinandis, quia
opus est, ut tangat instrumentum, quo
imprimitur character, Sot. 4. sent. dist. 24.
qu. 1. art. 3.

BARONES.

Primò, quòd dictum est, Barones
non debere solvere servitia vasal-
lorum juxta taxam antiquam, secun-
dum pretia presentis temporis, vide
quòd notat Navar. consil. 1. de jure jur. &
dam. dat. ubi dicit, quòd variatis tem-
poribus & pretiis auctis circa panem,
vinum, & alia obsonia, vestes, & cal-
ceamenta, debent etiam augeri salaria,
seu stipendia militibus, & ita censен-
dum est de vasallis à simili, propter i-
dentitatem rationis.

Secundò, quæ differentia sit inter
Imperatorem, Regem, Principes, Du-
cem, Marchionem, Comitem, & Ba-
ronem, vide gloss. in capit. funda-
menta, in ver. Marchio, de e-
lect. lib. 6.

BENE-

BENEFICIUM.

PRIMò, an Sede vacante sanctissimi Papæ possint Ordinarii conferre beneficia omnibus mensibus?

Respondetur, quòd sic, durante vacatione Sedis Apostolicæ, Caputaque decis. 86. tamen vide Bull. Paul. II. quæ incipit, Romani. & Pii IV. quæ est 36. & incipit, Cupientes, vide in ver. Episcopus, §. 45. ubi habes Bull. Pii V. quæ est 161. & incipit, Sanctissimus, ubi reservat sibi omnia beneficia vacantia, & vacatura, vacante Sede Episcopali, & dubitatur, an ista reservatio sit perennis, an temporaria, & videtur quòd temporanea, quia ibi dicitur, dispositioni suæ reservatis.

Secundò, an provisio facta ab Ordinario prævaleat provisioni factæ à Papa?

Respondetur, quòd ubi eadem die concurreret provisio Papæ solùm, & provisio Ordinarii simul cum possessione Ordinarii, præfertur provisos ab Ordinario simul cum possessione, secus si eadem die concurreret provisio Papæ, & provisio Ordinarii, Caputaque, decis. 408. 2. par. cap. si à sede, de præbend. libro sexto. Selua 3. par. quæstion. 35. num. 5. si verò duo sub eadem data à Papa providerentur, vide ibi per multa; similiter si primò confertur alteri, secundò qui accipit possessionem, primus præfertur secundo, Rebuff. de public. resignat. Gloss. 18. num. 9. cap. si à Sede Apostolica, de præbend. lib. 6. & cap. paul. duobus, & capitul. tibi qui, de re-

script. eodem lib. similiter censendum est de collatione facta à Vicario, & Episcopo eadem die; Rebuff. de form. Vic. num. 123. Calder. in capitulo 2. de offic. Vic. & consil. 7. de præbend. Selua 3. par. quæst. 16. in ult. & q. 15. num. 4. sed quid si stantibus duobus æqualiter, & eodem tempore impetrantibus, & simul concurrentibus optio alterum recipiendi relinquatur Ordinario collatori, & sic non datur opinio executoribus in literis existentibus; nam sicut in duobus præsentatis à patronis laicis, datur optio Ordinario, ita duobus æqualibus impetrantibus beneficium per rescriptum Apostolicum, Gem. in c. duobus, notab. 6. & 7. de rescriptis, lib. 6. quod nota favore Ordinarii, & ista licet sint vera, quoad provisionem faciendam, an idem sit in provisione jam facta, ut quia idem Papa contulit beneficium vacans duobus, an idem sit iudicium, an neuter providebitur ab executeore, an optio dabitur Ordinario, Gem. loc. cit. ver. quid si ista, ex Jo. And. dicit, quòd neuter, sed Joan. de Selua. tract. de benef. 3. p. q. 15. nu. 3. dicit Papam esse consulendum, & Jo. And. in c. si à sede, de prob. lib. 6. dicit quòd mutuo se impediunt; quòd si sint pares in data, sed non in idoneitate. Respondetur ex Gem. loc. cit. ver. quid si isti, quòd electio minus idonei valebit, quia sufficit quòd sit bonus, tu tamen cogita super hoc, quòd si unus impetrantium primùm præsentat executeori, & alius postea ante illum præsentat Ordinario collatori, quis horum debet præferri? Respondetur, quòd qui Or-

dinario, ratio est favore ordinariæ potestatis: licet aliam rationem alleget Gemin. cum multis locis cit. *versicul. an si unus.*

Tertiò, an si quis habet beneficium reservatum Papæ, vel alteri, ut puta collectorum, seu subcollectorum, vel familiaris habens beneficium, & illud resignat in manibus Ordinarii, dicatur vacare in curia, vel an possit Ordinarius vigore illius resignationis illud conferre?

Respondetur, quòd licet Ordinarius non possit admittere, vel quòd possit admittere dictam resignationem, prout dictum est in *ver. resignatio*, per Bull. Pii V. tamen collatio pertineret ad Papam, Rot. *decis. 1. de rer. permut. in novis*, Caputaq. *decis. 79. parte tertia.*

Quartò, beneficiorum possessio à quo, & per cujus manus est capienda?

Respondetur, quòd in Regno Neapolitano beneficiorum reservatorum Sedi Apostolicæ possessio capienda est de manu Nuntii Apostolici in regno. Pius IV. *Bull. 20. qua incipit, Cupientes*, & sic censeri debet de possessione capienda de omnibus beneficiis affectis, sive vacantibus, in mensibus Papæ, vel resignatis Romæ, cum sint Papæ reservata, & sic currit practica, presentantur Bullæ Nuncio Apostolico, & ille scribit literas subcollectori, seu commissario diocesis, ubi est situm beneficium impetratum à Sede Apostolica, ut vel relaxet possessionem provisam, vel ipse ponat ipsum in possessione.

Quintò, beneficia à quibus impetrari non possint?

Respondetur, quòd non possunt impetrari ab eis, qui pro aliis impetrant, ut ab eis aliquid consequantur, vel ab ut illis pensiones habeant cum resignatione, & ultra privationem illorum incurrit excommunicationem Papalem, Paul. IV. *Bull. 33. qua incipit, Inter*, & beneficia debito modo non collata ipso jure vacant, sed per illorum affines, & confidentes impetrari non possunt, Pius IV. *Bull. 87. qua incipit, Inter*, nec à iudicibus causarum, vel eorum affinibus, vel familiaribus ipsorum, Pius IV. *Bull. 20. qua incipit, Cupientes*, nec beneficia patrum impetrari possunt à filiis presbyterorum, Clem. I. *Bull. 36. qua incipit, Ad canonum*, Conc. Trid. *sess. 25. de reformat.*

Sextò, an beneficia possint uniri, dividi, & perpetuò fieri temporaria, & manualia, præsertim concurrente patrono, si fuerint juris patronatus?

Respondetur, quòd beneficia possunt uniri, dividi, & perpetuò fieri temporaria, & manualia, Navar. *conf. 9. de off. ord. conf. 2. de prescript.* hoc tamen debet intelligi cum causa, quia *c. 1. de jure patr.* videtur urgere,

Septimò, an beneficio vacanti, cui non erat impostum aliquod onus, possit Episcopus imponere illud, & postea ita onustum conferre alicui cum illo onere?

Respondetur, quòd sic, *c. significatum, de præb. Nav. conf. 1. de rest. spol. n. 10. Selua 3. par. quest. 70.*

Octavò, fructus beneficiorum lite pendente, ad quem pertinent?

Respondetur ex Bulla Pii V. *qua est §7. & incipit, Cordi*, ubi disponit, quòd deponi debent apud personam à iudice eligendam, non obstantibus quibuscunque statutis disponentibus, quòd Capitula, & Canonici percipiant eos.

Nonò, si testator voluerit, quòd bona sua distribuatur, & dentur Sacerdotibus, pro Missis celebrandis, arbitratorum executorum, an dicti executores possint eligere Sacerdotes exteros, & illis distribuere, qui non sunt de loco testatoris?

Respondetur, quòd sic, Joan. Andri *in c. si pater, de testamen. lib. 6. Cap. Tolo. questio. 128.* modò (addo ego) sint approbati ab Ordinario loci, prout dictum est *superius in ver. beneficium, §. 1. ver. ad dignitates, conclusio. 14.* vide Navar *consil. 9. de off. ordin.*

Decimò, an Missæ quæ relinquuntur à quibusdam in legatis, veniant appellatione beneficiorum.

Respondetur, quòd non, cum sint ad nutum amovibiles, quia à solis laicis possunt provideri, & sic potius sunt quædam servitia, & Missæ celebranda in dies, ut solet vulgò de Missis votivis xxxi. & xli. vide Navar. *consil. 5. de prabend. & consil. 8. num. 7. & 8.* & sic non cadunt sub spoliis, etiamsi excedant summam taxatam in Bull. Pii V. quia non veniunt istæ cappellaniæ pro celebrandis Missis, appellatione propriarum cappellaniarum, etiamsi à testatore nominentur cappellaniæ, vel

beneficia ecclesiastica non posse fundari, nisi accedente voluntate Episcopi, *cap. nemo, de cons. dist. 1.* prout Nav: *loc. cit:* Sac. Congreg: citata superius, *conclus. 14.* & gloss. *Clem. 1. ver. de decim.* nam licet cappellaniæ & aliorum servitia veniant appellatione beneficiorum, Jo. de Selua *tract. de benef. 1. p. q. 3. nu. 10.* Gomez *in reg. de infr. resignan. q. 23.* tamen hoc debet intelligi, quando dantur in titulum; secus verò, quando dantur in stipendia annua, ut officientur, seu celebrentur quædam Missæ in aliquibus altaribus, Gom. *quest. 20. de ann. possess. & q. 4. de exprim. val. benef.* hinc malè agunt Commissarii Apostolici, seu subcollectores, qui exigunt introitus, sive potius eleemosynas dictarum Missarum durante vacatione per obitum Cappellanorum, seu Sacerdotum, qui illas celebrabant; nam ex illis eleemosynis dicti Commissarii, seu subcollectores implent suas burfas, seu marsupia, & Missæ non celebrantur, & sic defraudantur animæ illorum, qui eas reliquerunt suis debitis suffragiis in damnationem dictorum Commissariorum, sed locorum Ordinarii debent in hoc providere, alias habebunt Deum ultorem, cum ipsi Ordinarii sint suarum voluntatum executores, prout patet *juribus vulgatis*, & Sac. Conc. Trid. *sess. 22. c. 8.* & dixi *in ver. legatum, §. 8. 9. & 10.* nam tunc cappellaniæ veniunt appellatione beneficiorum, quando cum auctoritate Episcopi fuerit fundata aliqua capella, cum celebratione unius, vel plurium Missarum, & tunc veniunt sub

sub spoliis, *gl: ci: in d: Clement.* secus verò, quando aliquis legaverit aliquas Missas celebrandas in aliquibus altaribus, & hoc nota pro practica quotidiana.

Undecimò, beneficium an dicatur regulare, eò quòd unitum sit monasterio regulari?

Respondetur negativè, nisi vel per literas unionis, vel per consuetudinem præscriptam factum fuerit regulare; *Nav. conf. 11: de stat. mon: num. 4. facit c. cum de beneficio, de præben: lib: 6. & quæ dixi in ver. beneficium, §. 1. conclus. 5.*

Decimosecundò, beneficia quomodo censentur sæcularia, vel regularia?

Respondetur ex *Nav: conf. 3. de præbend.* quòd regulariter omnia beneficia censenda sunt sæcularia, nisi ex fundatione, vel ex electione illorum statutum fuerit, ut sit regulare, & serviatur eis per regulares, vel per quadraginta annos continuos fuerint possessa à regularibus tanquam regularia, *Phil. Franc. in d: cap: cum de beneficio, juxta finem, de præbend: lib: 6: Staph. fol: 27: nu: 4.*

Decimo tertio, quænam dicantur beneficia conformia, ad hoc, ut possit sciri regula illa, qua cavetur, ne quis possit obtinere duo beneficia conformia sub eodem tecto?

Respondetur ex *Navar. in conf. 16: de præbend.* quòd illa dicuntur conformia, quæ sunt instituta ad unum eundemque finem, ad eadem munera, & ad faciendum unam congregationem, ut

si quis vellet habere in una Ecclesia duos canonicatus, vel Missam celebrandam in uno altari, & eandem cantatam, vel in eodem altari, duas Missas unico die celebrandas, secus verò si quis haberet multas Missas, separatim tamen celebrandas in diversis altaribus, licèt in eadem Ecclesia, vide *in ver: Conformitas.*

Decimo-quarto, utrum onera & conditiones appositæ in aliquo beneficio à fundatore, possint temporis diuturnitate, vel præscriptione tolli?

Respondetur, quòd sic, ita *Nav. conf. 1: de præscript.* ubi exemplificat in duabus capellis, ubi fuerunt fundatæ duæ Missæ, cum aliquibus aliis oneribus, in quibus postea lapsu temporis non celebrabatur nisi una Missa.

Decimo-quinto, quænam servare debeant impetrantes beneficia consistorialia?

Respondetur, vide *Leon. X. Bull. 44: qua incipit, Cùm Sixtus IV. & Adrian: VI: Bull: 4: qua incipit, Cùm dudum, & Clem: VIII. Bull: 3: qua incipit, Cùm dudum, & impetrantes beneficia in Romana Curia, vide Bull: Jul: 11: qua est 4. & Jul: 33: qua est 33. & incipit, Sanctissimus.*

Decimosexto, beneficia vacantia per hæresim ad quem spectant, ut conferantur?

Respondetur, ad Summum Pontificem, etiam si sint juris patronatus, si patroni non præsentant intra legitima tempora personas idoneas, *Pius V. Bull. 29: Gregor. XIII: Bull: 68: hoc intellige,*

ge, quando beneficiatus fuerit hæreticus, quia si patronus esset beneficiatus, tunc licet non confiteatur, sic tamen liberum, Syman, c. 9 nu. 96.

Decimo-septimò quæritur, utrum beneficia vacantia reservata Sedi Apostolicæ semper remaneant affecta?

Respondetur, quòd sic, Paul. II. Bull. 4. hoc tamen intelligitur, prout dictum est in ver. *beneficium*, §. 2. concl. 4. nempe quòd ista reservatio fuit temporanea.

Decimo-octavò quæritur, beneficia recepta in confidentiam, an vacent ipso jure?

Respondetur, quòd sic, Pius IV. Bull. 209. & sunt reservata Sedi Apostolicæ, idem *ibidem*, Pius V. Bull. 87. & fructus percepti spectant ad Reverendam Cameram Apost. Pius III. *ibidem*.

Decimo-novò, si non constat, an sit sæculare, vel regulare, quomodo debeat præsumi?

Respondetur, quòd potius sæculare, Rebuff. tit. *quomodo confer. sit benef. numero 3.* similiter si dubitatur, an sit ecclesiasticum, vel profanum, præsumitur potius ecclesiasticum, idem tit. *quot sit, & quot modis, dic. benef. num. 8.*

Vigésimò quæritur, si Episcopus non confert beneficium intra semestre, prout *juribus vulgatis*, an possit Archiepiscopus, ad quem fit de jure devolutio, concedere dicto Episcopo, unum, vel duos alios menses ad conferendum?

Respondetur, quòd sic, modò ipse Episcopus conferat jure metropolitani-

Prax. Episc. Pars II.

co, & non suffraganeo, ita Rebuff. tit. *de devol. nu. 30.*

Vigésimo-primò quæritur, si aliquod beneficium reperitur unitum monasterio, non ideo debet censeri esse regulare, nec Vicarius perpetuus?

Respondetur ex Nav. *conf. 11. nu. 4. de stat. Mon. nisi in limitatione, de qua sup. §. 1. v. 5.*

Vigésimo-secundò quæritur, si quis accipiens secundam parochialem, non relaxata prima, prout in *Extravag. execrabilis, lo. 22.* an de dicta prima, quæ ipso jure vacat, potest Ordinarius providere, si aliàs sibi illius collatio contingebat?

Respondetur ex Nav. *conf. 12. nu. 12. & 14. de rescript. quòd sic.*

Vigésimo-tertiò, beneficium habens habitu, non actu curatum non tenetur, *cap. licet canon. de elect. lib. 6.*

Respondetur ex Nava. *conf. 13. nu. 1. de elect. ut v. g. qui habet nunc beneficium carens populo, quod antea erat curatum, habebatque populum, sed adveniente actu teneretur infra annum promoveri, imò stante habitu, & non actu, potest illud habere clericus.*

Vigésimo-quartò, an Episcopus possit conferre beneficia, extra diocesim suam existens?

Respondetur, quòd sic, ita etiam suus Vicarius, si habet ad hoc specialem auctoritatem, ita Gem. *inc. si. versi sed an Vicarius, de off. Vic. lib. 6.* & citat Rotam in hanc sententiam. hoc intelligerem, quando solùm hoc posset facere per jurisdictionem voluntariam sine

E con-

contentione, id est, figura iudicij in contradictorio.

BLASPHEMIÆ.

Blaspheantiū poenæ, si dives, prima unciarū quadraginta, si pauper, decē, si non est solvendo, luat in corpore: secunda vice duplicetur poena, & infames, & incapaces ad beneficia, & officia, & dignitates, pauperibus lingua perfodiatur: tertia vice tripliciter poena, si sunt solvendo, pauperibus fustigatio, vide *Afflict. in const. inconsutislem, num. 48.*

BONA.

Primò, iurisdictio, etiam temporalis, pertinens ad personam ecclesiasticam, usurpare, incurritur excommunicatio Bullæ Czænæ Domini, Nav. *con. 3. de imsun. Eccl. facit Con. Trid. sess. 22. c. 11. de reform.*

Secundò, fructus beneficiorum non subsunt laicali potestati, Nav. *loc. cit. con. 3* & sunt immunes ab omni onere laicali, Syl. *in ver. Ecclesia, l. §. 5. initio, in ver. gabella secunda, n. 8. ver. excommun. 9. q. 13. Cov. lib. 1. c. 4. n. 2. & 3. variar. Nav. c. 17. n. 201. Rebuf. de for. con. & paup. n. ult. & prædicta bona, & fructus sunt immunes, etiam si vendantur, etiam si donentur, idem *conf. 4. eod. tit. Afflict. in multis locis const. regni, & non solum pro reb. beneficalibus, sed etiam pro rebus matrimonialibus in const. apostatantes, c. 28. n. 20. tam in collectis, quàm in gabellis, vide in repertorio, in ver. Clericus, tertiò, appellatione bonorum**

Ecclesiæ comprehenduntur beneficia sua, ita Gem. *in c. sciant cuncti, notab. 8. de elect. lib. 6.*

BIGAMI.

Primò, Bigamia est triplex, vide Hofst. *inter cæteros in Sum. tit. de big. scilicet vera, similitudinaria, & interpretativa: vera est, quando quis duxit duas uxores; interpretativa, quando unicam, sed viduam, vel corruptam, tertiò, quando aliquis insignitus ordine sacro, vel voto solenni castitatis contrahit matrimonium, vide pro hac materia fusiùs Syl. *in ver. bigamia. Astenf. lib. 6. tit. 7. Sot. 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. Sum. Sac. q. 26. Nav. in Manual. confes. c. 27. n. 195.**

Secundò, quis potest cum bigamo dispensare. Respondetur quòd Episc. usque ad minores ord. Hofst. *l. ci. in ult. & intellige inclusivè propter rationem, quam ipse affert, vide inf. in ver. irreg. §. 17. ad majores autem, & ad curata beneficia solus Papa dispensat.*

Tertiò, Episcopus potest dispensare cum bigamo similitudinario, si contraxerit cum virgine, Io. de Selua *tract. de benef. 3. p. q. 7. n. 8. ver. 13. & 14. c. sanè, il. secundo, & ibigl. de cler. conjug. Gom. tract. de brev. num. 20. & 21. Staph. de sign. grat. fol. 134. nu. 8. & 9. Nav. c. 27. nu. 195. & faciliùs dispensatur cum laico bigamo, quàm cum clerico, Nav. *conf. 2. de big: cætera vide in Doct. intellige quoad sacros ordines usque ad presbyterium inclusivè, c. 1. qui cler. vel voven: Selua loc. cit: nam de minoribus & in aliis duabus**

bus speciebus bigamiarum potest dispensare, prout patet *superius*, §. 2. intellige quoad usum, sive quoad executionem ordinum susceptorum, non quoad ordines suscipiendos, *Nav. loc. cit. notab: 6.* sed tu vide locum citatum in 1. p. Sed hic est difficultas: nam bigamia est quædam species irregularitatis, & irregularitas publica non est dispensabilis per Episcopum, prout patet ex sacro Conc. Trid. *sess. 24. cap. 6. de refor.* immo ista bigamia similitudinaria parit suspensionem hæresis, prout *superius in ver. casus in quibus s. matrimonium contrahentes: nisi dicas: quod tunc potest Episcopus cum similitudinaria bigamia, usque ad presbyterium, & cum vera, & interpretativa dispensare, prout dictum est superius, ad minores ordines, quando esset occulta ad hoc, ne videamur discedere à practica sacri Con. & à jure communi, tamen his non obstantibus, dico quod potest, etiam si fuerit publica. Nam sacrum Concilium non abstulit Episcopis potestatem, quam prius habebant per jus commune, immò eis voluit ampliare auctoritatem, concedendo ut possint dispensare super omnibus irregularitatibus occultis, excepta, & capitulo. nam prius solum poterant super quibusdam irregularitatibus nominatis, & non in omnibus, sed de jure communi poterant Episcopi ante Concilium dispensare super his tribus speciebus bigamiarum, modo quo supra, ut patet in *dict. cap. 1. & ibi gloss. ver. dispensatione, qui cler. vel voven. & in cap. sanè, il secundo & ibi glos. in ver. indulgentia:**

de cler. conjug: Diaz. pract. crim. canon. c: 74. Staph. de lit: grat: fol: 134. nu: 8. & 9. ergo nunc etiam possunt. Ad objecta est responsum, quoad primum, quo verò ad secundum respondetur, non sequitur, parit suspensionem hæresis: ergo Episcopus non potest dispensare, quia suspicio evacuari potest ad merita causæ.

Quartò, bigamus est nudatus omni privilegio clericali, non potest ferre tonsuram, nec habitum clericalem, *c: unico, hoc tit: lib: 6.* sed hoc videtur repugnare his, quæ dicta sunt *superius*, §. 2. & 3 ubi dicitur posse Episcopum dispensare, ut bigamus possit accipere minores ordines: Respondetur, quod textus intelligitur de clericis in minoribus constitutis, isti si ducant duas uxores, non gaudent, si verò dum esset laicus duxit duas uxores, vel unicam, sed corruptam, & postea voluerit promoveri ad minores ordines, tunc potest Episcopus cum eo dispensare, ut recipiat minores ordines post mortuas duas illas uxores, vel illam unam, & corruptam, & tunc gaudet utroque privilegio: sed quid si clericus ille constitutus in minoribus, ducat duas, vel unicam, & corruptam, illis, vel illa mortua, vellet clericaliter vivere, gaudeat? Respondetur, quod sic, prout dictum est in *c: 1. in ver: clericus, §. 13. & text.* loquitur viventibus uxoribus, quia tunc non gaudent, vel potest dici, & melius, quod non loquitur de duabus primis speciebus bigamiæ, nos verò de tertia, licet de duabus etiam possit teneri, posse Episcopum dispensare, prout dictum est.

E 2 BULLÆ.

B U L L Æ.

Primò, An sola supplicatio probet titulum?

Respondetur, quòd sola supplicatio probat titulum auctoris, *Ægid. dec. 113. Chald. dec. 8 num. 8. Gom. q. 7: n. 6: de non jud. &c. Caputaq. dec. 235. & 301. 3. par.*

Secundò, quando sunt suspectæ de falso?

Respondetur, quòd tunc reputantur suspectæ, quando non reperiuntur in registro Bullarum, & pro hac materia Bullarum suspectarum vide Caputaque. *decis. 74. & infra.*

Tertiò, quando Episcopus possit retinere fructus primi anni alicujus beneficii, seu sibi illos attribuere, pro donatione possessionis, ei qui legitime provisus est?

Respondetur, quòd non, *fac. Conc. Trid. sess. 24: c. 14: de refor. & fac. Cong. decl. 422. in hæc verba, Episcopus non potest primi anni fructus alicujus beneficii sibi retinere seu attribuere pro donatione possessionis ei, qui legitime provisus est.*

Quartò, annata, seu medii fructus, an possint exigi à beneficiis, ubi viget consuetudo?

Respondetur, quòd sic, *Extravag. suscepti, de elect. 10. 22. Nav. cons. 3. de simon.*

Quintò, an Secretarius Episcopi, vel Cardinalis, possit scutum unum accipere pro subscriptione Bullarum, vel earum registratura, & aliquid pro sigillo?

Nav. respondet negativè, *in cons. 2. de simon.* sed non negat aliquid posse accipi pro scriptura ipsarum, quòd parum potest esse, quòd meo quidem iudicio non excederet valorem quatuor, vel quinque carlenorum, quòd videant Ordinarii; nam vidi, & video hoc ab eis non observari, & sic puto eos non evitare vitium simoniæ, ut per multa probat Nav. *loc. cit.* sed potest capere medietatem fructuum beneficiorum primi anni, ubi adest rationabilis consuetudo, *Navar. cons. 3. de simon.* prout dictum est *superius.*

Sextò, Bulla Cœnæ Domini an possit prohiberi ab aliquo Principe, vel ab ejus officialibus, live republica, ne in suo dominio publicetur, quæ tamen consuevit legi quolibet anno in Ecclesiis cathedralibus, die Jovis sancta?

Respondetur, quòd non, ita Nav. per longam disputationem *in cons. 1. de foro compet. & an in eandem Bullam incidant impediens executionem literarum Apostolicarum, vide in ver. litera Apostolica, nec sunt absolvendi Regii consiliarii, vel iudices, qui Bullam præfatam supprimunt, vel prohibent publicandam, idem cons. 1. nu. 55. de cons. & quòd dictum est de Bulla Cœnæ Domini, idem censendum est de prohibentibus alias quascunque scripturas, tam generales, quàm particulares, aut speciales, idem *ibid.**

Septimò, bullæ beneficiorum an probent collationem beneficii, si sunt factæ à notario, cum ejus sigillo, licet non adsit subscriptio Episcopi: simili-

ter.

ret, si fuit facta ab Episcopo, id est à suo Secretario, cum sigillo Episcopi, tamen absque subscriptione Episcopi.

Respondetur ex Nav. *conf. 1. de fide infra.* quòd sic, & collatio potest probari per testes etiam sine alia scriptura, *decis. Rot. 38. de prob. in antiquis, Cov. pract. q. ca. 22. num. 9.*

BRACHIUM SÆCULARE.

Primò, dubitatur quot modis possit possit Judex ecclesiasticus implorare brachium sæculare?

Respondetur primò contra perseverantes per annum in excommunicatione, & in aliis criminibus, ad quod tenetur Judex sæcularis. *Afflict. in Constit. Pactarenorum, num. 55. & adest Capitulum Regni, quod incipit: Item statuimus, quòd si contingat. Doct. in cap. contingit, de dol. & contum. & ca. grave de pœn.*

Secundò, quando Judex ecclesiasticus implorat, prout in *Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. in ult. de regul.*

Tertidò, quando Judex sæcularis tenetur prestare Judici ecclesiastico petenti hoc brachium ad capiendum excommunicatum, vel hæreticum, & an hoc facere debeat Judex sæcularis, nisi prius videat acta judicis ecclesiastici, & quid iudice Apostolico delegato idem petentem, vide per extensum *Afflict. in const. post mundi, à num. 43. & infra.*

Quartò, an Judex ecclesiasticus tenetur juvare iudicem sæcularem muncrone ecclesiastico, videlicet per interdictum, vel excommunicationem con-

tra rebelles, & inobedientes ipsi iudici sæculari, nisi prius visis actis, vide eundem *ibidem, num. 51. & infra.*

Quintò, quando Judex ecclesiasticus implorat auxilium iudicis sæcularis pro executione sententiæ à se latæ, *Covar. pract. qu. ca. 10. nu. 2. ver. 3.*

CAMPANA.

Campana potest pulsari à custode, ut milites ad bellum exeant de mandato magisteriæ potestatis, *Hofstiens. in sum. tit. de offic. cust. num. 1. hinc fit, Episcopum posse dare licentiam sonandi campanam ad arma sumenda contra maleficos absque periculo irregularitatis, etiam si inde sequatur mors, vel mutilatio, quia hoc est satis remotum, & potius hortari, quàm occidere, vel mutilare, capitulo falsas, de pœnit. dist. quinta, & in titulo de treug. & pac. vide Reb. tir. de miss. in poss. n. trigesimo secundo. Sed Episcopus debet hoc concedere seridò, & non leviter consideratis circumstantiis necessariis, quia campana est inventa pro congregandis populis ad divinum cultum, & pro aliis, prout in Pontificali habetur in ejus benedictione, per accidens verò permissitur, prout dictum est *sup.**

CAMERA APOSTOLICA.

AD Reverendam Cameram Apostolicam spectant bona personarum ecclesiasticarum, decedentium ab intestato sine licentia testandi, *Paul. III. Bul. 31 quæ incipit, Romani, & bona etiam*

acquisita ex illicita negotiatione Pii IV. Bull. *quæ incipit, Decedens*, & bona residentium in eorum Ecclesiis, ejusdem Bull. 115, *quæ incipit, In suprema*, bona religiosorum quoque extra claustra degentium, Greg. XIII. Bull. 44. *quæ incipit, Officij nostri*, proventus etiam Ecclesiarum, & monasteriorum pro tempore, quo vacant ejusdem Bull. 72. *quæ incipit, Cùm sicut accepimus*. bona etiam de quibus Pius V. Bull. 44. *quæ incipit, Romani*, & Sixt. V. Bull. 3. *quæ incipit, Cùm hodie*, vide in *vers. beneficia*, §. 6. *vers. quoad secunda*, & melius *in vers. spolia*, per *extensum*.

CANONICA.

Primò, Canonici an possint disponere de bonis mensæ capitularis sine consensu portionariorum, seu hebdomadariorum? Respondetur, quòd sic, ita Caputaqu. *dec. 85. num. 1.* & ita dicit fuisse tentum Romæ die 23. Maji, 1552.

2dò, an Episcopus, & suus Vicarius generalis, sit pars Capituli? Respondetur, quòd non, sed sunt diversi. Cardin. in *Clem. ut hi qui*, §. *illi verò*, *ver. quarto decimo*, in *fin. de atar. & qual. Rotæ dec. 380 in antiquis*, Caputaqu. *decis. 183. par. 1.* hoc tamen intellige in odiosis, secus in favorabilibus: nam appellatione capituli bene venit Prælatus, sicut appellatione familiæ venit Dominus, *l. familia. ff. de verb. sign. & appellatione exercitus venit Dux*, vel Princeps belli, *l. 2. in prin. ff. de his, qui nom.* & appellatione monachorum, venit Abbas *ca. si.*

de sim. ca. ex ore, de privileg. *ca. post electionem*, de concess. *prab. Gom. in ca. 1. nu. 110. de const. l. 6. gl. in ca. irrefragabili*, §. *excessus*, in *ver. capitulum*, de offi. ord. dicitur Episcopum esse de capitulo, & caput ipsius, *Selua 2: p: qu. 16. nu. 17. Staph. fol. 2. nu. 4.*

Tertio, an Canonicus Ecclesiæ cathedralis dicatur in dignitate positus? Respondetur, quòd non, stricto modo loquendo, sed largo, *Gom. in ca. statutum*, nu: 2: de *rescript: lib: 6: vide in ver. dignitas.*

Quarto, in tota republica christiana, qui Canonici dicuntur digniores? Respondetur ex *fac. Cong. declar. 90. in meis*, in hæc verba, *Canonicatus collegiatus in Romana civitate est dignior canonicatu cathedrali alterius civitatis*, & idem in facto fuit responsum ab eadem *fac. Congreg. de mente summi Pontificis Episcopo Bossanensi in declar. in meis*, nu. 404.

Quinto, an Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio? Respondetur à *fac. Cong. declar. 450. in meis*, in hæc verba, *Si factum est aliquod statutum, quòd Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio, nec habeatur ejus ratio, quia est contra concilium, ut est videre sess. 24. c. 12. §. omnes verò.*

Sexto, an possit retineri canonicatus cum parochia? Respondetur, quòd non, prout patet superius in *ver. beneficium*, §. --- *conc. 7. & 8.* & *fac. Cong. declar. 396. in meis*, ita censuit, in *petitione Canonicorum Aquensium, ut residentes in canonicatu possint retinere parochias* (nihil)

hil) sed in hoc genere petitionum, visum est scribendum, ut doceant de persona, & de beneficiis, & de reliquis, vide *inf. in ver. parochia*, §. 4.

Septimò, quomodo capienda sit canonicatus possessio? vide *in ver. possessio*, tamen hoc respondetur obiter, præter ea, quæ ibi dicuntur, quòd non potest dari locus, seu stallum in choro, nec possessio canonico, nisi à majori parte cap. Nav. & *confunico, de dol. & contum.*

Octavò, quia dictum est *in ver. beneficium*, §. 6. *ver. quoad secundam partem*, fructus omnes, & redditus beneficiorum pertinere ad Reverendam Cameram Apostolicam durante vacatione, usque ad pacificam possessionem successione, prout in Bul. Greg. XIII. & Sixti V. Dubitatur an idem dicendum sit de canonicatu vacante, verbi gratia, sunt viginti quatuor Canonici, moriuntur duo, vel unus, an redditus illorum, vel istius pertineant ad Reverendam Cameram, prout supra; Et videtur quòd sic, quia Bulla non excipit canonicatus: tamen oppositum est verius, quia canonicatus non habet successorem propriè, unde quæ vacationis tempore veniunt, dividuntur inter superstites, quia neque pars, quæ obvenisset defuncto, reservatur successor, ita Nav. *con: 20: de celeb: Miss.* non obstat contrarium, nam intelligitur, quando in beneficiis daretur successor, & ita vidi praticari Benevent. Neap. Compzæ, & alibi, hoc limitarem, non procedere, quando Canonicus haberet præbendam distinctam à canonica, quia tunc præbenda subesset Reverendæ

Camere Apostolicæ, pro tempore vacationis. ratio est, quia fructus præbendæ essent successoris regulariter, & non eos recipiunt Canonici durante ipsius vacatione.

Nonò, est consuetudo in aliquib. eccl. ut canonicus factus sacerdos non gaudeat communibus redditibus nisi transacto triennio serviendo hebdom. interim, prout Minori in Eccles. mea Ravelli, & aliis locis, & per interim, solum lucretur extraord. ut mortuoria, & his similia, an ista consuetudo valeat. Respondetur, quòd sic, cum sit immemorabilis, ut dictum est *in versic: consuet. & in ver: confessio*, confirmatur ex Staph. f. 7. n. 7. & 8. asserenti canonicum creatum, gaudere distributionib. quotidianis, sed non communibus redditib. & super excrecentib. fructib. nisi quando provideretur cum clausula, cum plenitudine Juris Canonici, idem f. 4. n. 11. & f. 176. n. 2. Gom. *de expe: n: 37.* ubi dicit dari canonicum in herbis, & est ille, qui habet canonicatum, & non adhuc præbendam.

CANONIZATIO.

PRimò, solus Papa canonizat Sanctos, & ob quam causam, vide Innoc. *in rub: de rel. & venerat. Sanct. nu. 2.*

Secundò, potest quis alicui defuncto, quem credebat bonum virum, porrigere preces, ut pro eo intercedat ad Deum, sed non licet facere officium solenne, vel solemnnes preces pro eo, idem *loc. cit. n. 4.* & ita audivi quendam annis elapsis porrexisse preces Patri

Cam.

Campiano Iesuitæ martyrizato in Anglia, & tulisse secum lintheamen intinctum sanguine illius, quando fuit decollatus, pro reliqua ipfius.

Tertiò, licitum est fundere preces, & vota, & affigere miracula circa sepulchra Sanctorum, etiam non canonizatorum, Viguer. tract. de tract. si. c. 10. §. 3. vers. 15.

Quartò, miracula verò quando Episcopus debeat cognoscere, & an aliquando sint gratiæ, potiùs quàm miracula, vide inferiùs in ver. miraculum.

CAPELLANUS,

Pro mercede Capell. sufficiunt quinquaginta aurei, ita sac. Cong. decl. 206. in meis. sed in constituenda mercede in servientibus aliis beneficiis curatis, observari debent decreta Concil. Trid. eadem sac. Congr. declar. 207. & est videre sac. Conc. sess. 7. sess. 21 capitulo primo, de reform.

CAPELLANIA.

Primò, potest fundari Capellania, absque auctoritate Ordinarij, sed non dicitur beneficium ecclesiasticum, c. cum dilectus, de jure patron.

Secundò, in ea Capellanus potest poni ab ipso fundatore, vel ejus hæredibus absque Ordinarij institutione, licet non sine ejus approbatione, prout dictum est in ver. beneficium, §. 1. ver. ad dignitates, concl. 14. & ista non cadit sub spolio durante vocatione, donec fundator, seu illius hæredes alium sacer-

dotem suffecerint pro Missarû celebratione, quia non dicitur esse beneficium ecclesiasticum, quando non est fundata auctoritate Ordinarij, & habeat quatuor illas conditiones, quas ponit Selva 1. p. q. 1. n. 8. & q. 3. n. 10. ubi dicit, quòd capellaniæ, seu altaria ubi Missæ celebrantur, tunc dicuntur beneficia, quando sunt fundata auctoritate Episc. nemo, de consec. dist. 1. & gl. in Clem. 2. de decim. Gom. in q. 20. de ann. poss. ubi dicit quòd altaria pro quib. officiantis dantur stipendia annua, & non dantur in titulum, non sunt beneficia, Selva prima parte, q. 6. num. ult.

Tertiò, Capellani, qui in certis Ecclesiis ad nutum removibiles, quibus capellaniæ non dantur, sed datur eis pro labore certum stipendium in anno in pecunia, sine aliquo alio possunt testari, & consequenter non faciunt spolium, Gem. in. ca. fin. vers. & idem gl. de offic. ordin. lib. 6.

Quartò, idem dicendum de quibusdam sacerdotibus, qui conveniunt in quibusdam consortiis, sive confraterniis vel universitatibus, in certis diebus ad cantandas quasdam missas, pro quibus habent quasdam possessiones, ex quibus datur certum quid cuicumque illorum, Gem. loc. cit. vers. per pramissa.

CLAUSULA.

Clausula (omni meliori modo) quæ vulgò inferitur in libellis, comparationibus, & aliis replicationibus, si apponitur sine copulativa, & operatur circa expressa tantum, sed si dicatur, & omni meliori modo, tunc opera-

operatur etiam aliquid ultra expressa,
& ita observat Rota, Caputaq. *decif.*
124. & 91.

CAPITULUM.

Primo, Capituli consensus, an requiratur quando Episcopus vult ordinare, qui canonici debent esse presbyteri, & qui subdiaconi.

Respondetur ex sac. Cong. *decl. 59. in meis*, ubi censuit in hæc verba, *Episcopus in ordinatione facienda, qui canonici presbyteri, qui diaconi, & subdiaconi esse debeant vigore capit. 12. sess. 24. tenetur solummodo adhibere capituli consilium, & non consensus, quia potest eis invitis, quod magis expedire judicaverit, perficere.*

Secundò quæritur, ubi congregari debet capitulum, etiam si aliquando congregandū esse de ordine Episcopi.

Respondetur ex sac. Cong. *declar. 331. in meis*, ubi censuit in hæc verba, *Episcopus Placentinus non potest capitulum cathedralis Ecclesie domus sue congregare, sed idem debet ad aulam capitularem convocare, in quam antea solitum est super capitulum convocare.*

Tertiò, an capitulum Sede vacante possit dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & ut possit obtinere simplex beneficium?

Respondetur, quòd sic? ratio est, quia succedit in iis, quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, & voluntariæ præterquam in casibus expressè exceptis, *Na. c. 7. de fil. presb.*

Quartò, an capitulum possit unire beneficia Sede vacante, vel unioni præ-

Prax. Episc. pars 11.

stare auctoritatem?

Respondetur affirmativè, dummodo per eam juri Episcopali nihil detrahatur, aliàs secus: ratio est, quia ea, quæ sunt jurisdictionis, transeunt ad capitulum, Sede vacante, *c. unico, de major. & obed. lib. 6. Rebus, de union. benef. nu. 36.*

Quintò, an capitulum Sede vacante possit eligere Vicarium cum pacto de participando de emolumentis, sportulis, popinis, trigessimis, & aliis?

Respondetur negativè, quia esset simonia, *Navar. cons. secundo, ne pralati vices suas.*

Sextò, fuerunt legata mille cuidam capitulo, ut distribuerentur inter singulos canonicos, sed quia, vel aliqua lite intercedente, vel ignorantia legati, vel aliquo legitimo impedimento, non fuerunt exacta, nec divisa tunc temporis, inde post multos annos fuerunt recepta, tamen nunc nullus illorum canonicorum vivit, dubitatur, an possint distribui inter viventes singulos?

Respondetur, quòd sic: econtrà verò, si fuisset factum aliquod debitum annis præteritis à capitulo, postea mortuis omnibus illis canonicis, qui tunc vivebant, modò qui successerunt non tenentur singuli solvere, sed totum capitulum. vide plenius *Nav. cons. 9. de sent. excom.*

Septimò, an capitulum possit recipere permutationes, seu resignationes causæ permutationis?

Respondetur, quòd sic, ita *Rebus. de devolut. nu. 95.* quia est quid necessarium,

F

rium,

rium, sicut & institutio, & sic cenſeo à ſimili poſſe vicarium abſque ſpeciali conceſſione, propter idoneitatem rationis, prout ſuprà.

Octavo, capitulum cum auctoritate Episcopi poteſt novam conſtituere dignitatem, Hoſtiens. tit. de conſt. §. quando conſtitutio, ver. cum queritur, num: 10.

Nonò, capitulum ſede vacante eſt executor ultimatum voluntatum ad pias cauſas, Cov. in c. Ioannes, nu: 1. & 2. de teſtam: quia ſuccedit Episcopo in omnibus his, quæ ſuæ ſunt iuriſdictionis.

Decimò, Capitulum ſede vacante poteſt conferre beneficia devoluta ad Episcopum, ob negligentiam inferioris, puta prælatus inferior habens poteſtatem conferendi beneficia, non contulit infra ſemeltre, tunc poteſt capitulum ſede vacante, illud conferre, ſimiliter à Suffraganeo ad capitulum Metropolitanum, ita firmat Gem. in c. quamquam, ver: ſed querit tunc, ex Io. And. de elect. lib. 6.

Undecimò, An valet conſuetudo, ut quis canonicus non lucretur maſſam communem, niſi vel ſit acſu ſacerdos, vel niſi deſeruit per tantum ſpatium temporis, puta triennium?

Reſpondeo primò, prout in 1. p. ver. canonica, §. 6. ubi non ſatis hoc laudatur, ſecundò, quòd valet. prout Gem. in c. cum ex eo, §. et apo, ver: per promiſſa. de elect. lib: 6. & ita eſt in Eccleſia mea Minoreniſi, Ravelli, & in quibusdam aliis.

C A R C E R.

AN liceat auſugere è carcere, licet ſit juſtè, vel injuſtè captus, etiam aperto oſtio, & timenti juſtam iudicis ſententiam, vel metu infamiæ, moriatur fame, vel metu tormentorum, aut mortis crimen ſibi ipſi falſum imponere propria confeſſione, vide Cov. lib: 1. cap. 2. var: reſol.

CASUS IN QUIBUS, &c.

Mulier vocans dæmonem ad luxuriam, & ille veniens, jubet ei, ut ſpulet in crucem, illa timore dæmonis correpta de hoc ſpuit in crucem, an ſit hæretica. Quod non tenet Afflic. in conſtit. in conſutilem, nu: 1 & ex Raim. in Sum: & Piſa. & D. Tho. 2. 2. quaſt. 12. & quaſt. 24. tamen vide ſuperius in ver: casus in quibus, in §. dæmones. nam invocatio plus dicitur, & Symancam de cathol: inſtit. tit. 17. n. 43. & in ſiã.

CEDULONES.

Cedulones non poſſunt affigi cum piſturis dæmonum. Pius IV. Bull: 74. qua incipit, Inter, & quando ſunt affigendi, vide in ver: appellatio, §. 4.

C E N S U S.

PRimò, ſi Eccleſia non habet inſtrumentum exequutionũ contra cenſuarium, quid remedij erit, ut poſſit ſingulis annis exigere canonem ſuum via executiva? Datur ab Afflic. in conſt.

const. auctoritatem, num. 3. hoc remedium, ut faciat sibi dare sententiam à iudice servatis alijs servandis, qua faciente transiit in rem iudicatam, poterit ea uti per viam executivam singulis annis contra renitentem solvere debitum censum, & hoc est notandum pro Ecclesijs, quæ non habent instrumenta suorum bonorum, sed solum quosdam libros, & inventaria, quæ non habent ita vim executivam, & ita dicit Afflic. se contulisse pluries, & ita fuisse iudicatum, & observatum.

Secundò, quid si deperdantur, vel omittantur instrumenta rei emphyteuticariæ, sive censuræ, & non apparet, quænam fuerit solutio, an emphyteuticaria, vel censuræ, quomodo præsumenda est solutio?

Respondetur, quòd qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio, ita Jason. & communiter in l. cum testamentum, num. 3. de juris & fact. ignor. & in l. 2. n. 210. & 213. vers. dec. quartò quero, cum versio. sequ. de jur. emphy. eod.

CLERICUS.

Primò, An clericus possit agere causas civiles, vel etiam criminales, etiam coram iudice laico?

Respondetur, quòd sic, si habet ordinem sanctum, & non desert tonsuram clericalem, quia tunc peccaret. Argum. Clem. 2. de vit. & stat. cler. Nav. in c. non dicatis, n. 56. in si. 12 q. 1.

Secundò, Clericatus quomodo probetur.

Vide superùs, in ver. Bullæ, §. 3. & Caputaq. decis. 277. prima part. ubi dicit doctoratum, nobilitatem, virtutem, habilitatem, valorem, & clericatum probari posse per publicam vocem, & famam, quod probat ex Bald. in l. providendum. c. de postul. & Alexan. in l. de minore, §. si plurimum, col. ult. de quest.

Tertio, an liceat clericis habere domi mulieres aliquas ad sibi inserviendum pro necessariis servitiis?

Respondetur, quòd sic, quando non sunt suspectæ, modò sint provectæ ætatis, honestæ, omni suspitione carentes, Cap. Tolos. decis. 448. & ex Aufrerio, Navar. in cap. statumimus, n. 65.

Quartò, differentia est inter clericos in minoribus & in sacris constitutos, præterquam in alijs, namque constituti in minoribus, si se miscent enormi- mitatibus, sunt privati ipso iure, privilegio fori; constituti verò in sacris, non ante aliquam monitionem, vel degradationem, Nav. conf. 25. num. 6. de privileg. quod etiam annuit sac. Conc. Trid. sess. 14. c. 6. de reform. ubi ait, semel correcti.

Quintò, clericus laudatus, non convenitur coram iudice laico, sed ecclesiastico, Afflic. in const. si quis in posterum, num. 54. similiter ratione consuetudinis, clericus trahit rem coram iudice ecclesiastico, & dicit valere istam consuetudinem, & ita juxta multos Doctores, prout ibi, sed vide in ver. reconventio.

Sextò, an clericus in prima tonsura,

F 2

vel

vel minoribus, qui mutilavit vel occidit aliquem ex quo effectus est irregularis, amittat privilegium utrumque? videtur quòd sic, quia effectus est jam inhabilis pro Ecclesia, & ita tenet Afflic. *in const. Apostatantes*, & citat Imolam pro sua sententia: ego verò sentio oppositum, quia clericus homicida non amittit ipso jure privilegium, vel beneficium si quod habet, sed venit privandus per sententiam, immò Episcopus potest cum eo dispensare, ut illud retineat, nec valet ratio, quia est irregularis, & sic inhabilis & incapax, & per consequens ipso jure privatus utroque privilegio, quia potest deservire Ecclesie in aliis functionibus, nisi sit homicidium qualificatum, prout in assassinio dictum est.

Septimò, Clericus in minoribus bigamus, vel verè vel interpretativè perdit omni privilegium, & potest per laicum castigari, *tex. Gl. & Gem. in c. unico, vers. quidam, de bigam. lib. 6.* ita quòd potest sic salvari, dictum Afflic. *in dicta const.* constitutus verò in Sacris retinet utrumque privilegium, ratio est, quam videas ibi.

COADJUTOR.

Primò, coadjutor primùm dandus est Episcopo propter senectutem, ægritudinem, amentiam. *Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de refor. c. unico, de cler. ægror. lib. 6.* & quando datur Episcopo, vide de ejus potestate, & qualitatibus, *Syl. q. 4. par. 2.*

Secundò, Archidiacono propter easdem causas.

Tertio, parcho propter easdem causas, & propter insufficientiam, *Conc. Trid. sess. 21. c. 6. de reform.*

Quartò, an coadjutor Archiepiscopi, etiam cum futura successione, possit uti pallio, dic quòd non, ratio datur quia nondum est Archiepiscopus. similiter an possit uti benedictione Episcopali, dic quòd sic, si est Episcopus in absentia Archiepiscopi, vel præsens, & eo abnuente, similiter an uti mozetam. dic quòd sic absente Archiepiscopo, quia jam est prælatus, & in sua dioecesi, & provincia, vide *Nav. conf. si. de cler. ægror.* sed potest sedere in sede Archiepiscopi, si nec consuetudo, nec statutum loci contradicit eo absente in choro.

Quintò an habeat generalem & liberam potestatem, *tex. in c. grandi, & ibi gl. in ver.* videtur dicere, quòd sic, & ita *Gem. ibi vers. quero an, de suppl. negl. præl. lib. 6.*

Sextò, Coadjutor potest dari omnibus prælatis propter longam inhabilitatem, *Gem. in c. si. ver. & per prædicta eo. tit. & lib.*

COMPROMISSUM.

Primò, compromissum, quamvis non transeat ad successores, neque ad hæredes, *c. si. de arb.* tamen compromissum à prælato, super rebus Ecclesie ipsius, etiam non factà mentione successoris, etiam si factum sit nomine proprio prælati expressò, etiam si fiat inter rem Ecclesie, & privatum, transit ad successorem, *ca. presentia, de test. & ibi*

ibi Abb. & Covar. in c. conquesti, num: 5. ver. 7.

Secundò, causa matrimonialis non potest compromitti laicis, ca. penul de in integ. rest. gl. in ca. de consang. & affinit. imò Con. de sponsal. 2. par. ca. 8. §: ult. num. 2. in fine, dubitat quòd nec potest compromitti in clericum ex vi compromissi, quando agitur de fœdere matrimonij.

Tertiò, in causa electionis potest compromitti in unum tantum, ita Gem. in c. sicut, cum vers. quæro quòd, & in ca. si cui, notab. 1. de elect. lib. 6. & licet etiam in præsentatione, quia electio & præsentatio in hac pari passu ambulant, prout dictum est in 1. p. in vers. intrusus.

CONTUMACIA.

Propter contumaciam, quilibet in re etiam levi contingentem, potest excommunicari, gl. in ca. duo, 96. dist. Panor. in ca. 1. de iud. & ibi Ripa n. 29. & est communis, prout Cov. in c. alma mater, 1. par. §. 9. n. 3. Ratio est quia citatus, & non comparens contemnit, & fit inobediens. D. Tho. 2. 2. q. 105. art. 1. & sic, quando citatur aliquis à iudice ecclesiastico etiam in re levi, si non comparet, potest excommunicari, tanquam inobediens, quia videtur contemnere.

CESSIO BONORUM.

Dubium est, an cedens bonis teneatur ad restitutionem si pervenit ad pingviorem fortunam? Respon-

detur succinctè primò, quòd quando cessio fit cum ignominia, non tenetur: secundò, quando fit sine ignominia, dat juratoriam cautionem, de solvendo, si pervenerit ad meliorem frugem; tertio, ad id tenetur in utroque foro: quartò, non tamen tantum quantum debebat unicuique, etiam si ad pingvissimam pervenit facultatem, quia illa cessio debet ei aliquid relevare: quinto, semper solutio, & restitutio debet fieri, remanente ei aliquo sufficienti ad vitam sustentandam decenter, ista habes communiter, glo. in c. Odoard. in ver. ad pingviorem, de solut. & ibi Host. & in Sum. tit. de cess. bon. Cov. l. 2. c. 1. n. 6. var. Azo. in Sum. l. 7. Codicis rub. 71. & si fuisset excommunicatus propter debitum facta cessio debet statim absolvi, Sylvest. in ver. cedere.

CONCILIUM.

Primò, an abbates, præpositi, & alij, etiam usum mitræ habentes, debeant præcedere capitulum in synodo provinciali, vel diocesana?

Respondetur decisivè, quòd non, quoniam capitulum præcedit collegialiter, id est, simul prout in choro, processione, & assistendo suo prælato, ita Io. de Selua tract. de benef. 1. p. q. 2. nu. 51. ex Gem. in cap. statutum, in prin. de rescrip. lib. 6. & in cap. quamvis, in princ. in §. quamquam in 3. notab. de presbyt. eod. lib. & ita fuit decisum in factò in Synodo diocesana Neapolitana celebrata sub Card. Alphòso Carafa sub an. 1565. die 9. Feb. f. 60. & etiã fuit respon-

responsum à sac. Congreg. Archiepiscopo Salentino, & ita practicavi in Concilio provinciali Amalficano celebrato hoc anno die 8. Maji 1597, ubi interfui, ut Episcopus Minorensis Suffraganeus, ita tenet Boër. in *Addit. tract. de auct. in cons. par. Franciæ, num. 67, & infra*, & probatur ratione validissima ultra prædicta. nam Abbates hodierni (qui potius commendatarij debent vocari) si nunc haberent monachos, vel presbyteros in suis Abbatibus vellent ire in processibus, simul cum suis monachis, vel presbyteris, peto quo in loco? non post capitulum, ergo ante, cum suis monachis, seu presbyteris. nam constat omnes Abbatias, quas modò possident isti Abb. antiquitus, vel fuisse monasteria monachorum, vel collegia, ergo similiter debent se habere, per regulam subrogatam, nam commendæ fuerunt inventæ à Leone IV. ut ait Reb. *titul. de com. num. 6.* & canonici collegialiter procedentes repræsentant cathedralem Ecclesiam, quæ plus aliis honorari debet, & præfertur omnibus Abbatibus, & præposituris contentis intra limites provinciarum, ita Selv. *loc. cit.* & quia canonici sunt de corpore Ecclesiæ & Episcopi, s. *requisisti, de testam. Staph. fol. 2. num: 4. Selv. 2. p. q. 1. n: 7.* licet Abb. in *ca. exore. num. 3. de privileg.* teneat oppositum, tu tamen tene quod dixi, & pro dicto Abbatis facit *e. fin: & ibi Gem. notab. 4. de offic. de leg. lib. 6.* ubi Papa prius ponit Abbates, & postea dignitates cathedrales, & collegias, tamè Gem. loquitur per argumetum.

Secundò, an Archiepiscopus teneatur pluries monere Episcopos suffraganeos, ut veniant ad synodum provincialem.

Respondetur, quòd unica monitio sufficit, gloss. in *capit. si Episcopus, id. dist. Afflic. in cons. inconsuetilem, nu: 56.*

Tertid, licet dictum sit Archiepiscopum esse præsentem, & caput in Con. provinciali, & licet appellatio regulariter non admittatur, nisi ab inferiore ad superiorem, tamen appellatur ab Archiepiscopo ad Concilium provinciale, Nav. *con. 6. num. quarto, de major. & obed.* ratio est, quia Archiepiscopus est caput Concilij provincialis, solum quoad convocationem, & quoad primam sedem, ut senior, seu decanus, in capitulo, sed non ut Episcopus in Synodo diœcesana, ubi Episcopus est caput in omnibus, cum illud agat cum suis presbyteris, qui sunt ei subditi, non sic comprovinciales Archiepiscopo, cum sint æquales in omnibus, præterquam in convocatione, sessione, & subscriptione in dicto Concilio, idem *conf. 6. & sequenti, de majorit. & obed.* & Archiepiscopus potest excommunicari, & mulctari à Concilio provinciali, cum Concilium sit superius singulis ipsum continentibus, de quorum numero ipso Archiepiscopus est unus, & alij Episcopi, & sic remota convocatione, primo loco, & præcedentia, in proponendo & subscribendo, in omnibus aliis est æqualis suis suffraganeis, idem *loc. cit.* Ratio est, quia singulares canonici de capitulo sunt minores capitulo,

Jo, & ut sic Concilium est majus Archiepiscopo, & Episcopis, sicut capitulum est majus & superius singularibus Canonicis, ita Gem. in cap. 2. v. sed pro ejus dicto consuet. lib. 6. Gloss. in cap. irrefragabilis. in ver. per capitulum, & ibi Ion. de offic. judic. ord.

Hinc fit, quod quoad incensationes debet aequaliter procedi, scilicet, tres incensationes Episcopis, sicuti Archiepiscopo, & patet eadem ratione, in cap. in anim. sive collegio major, & decanus, & senior, tor habet incensationes, quot singulari canonici.

Quartò, quo ordine est sedendum, & procedendum? Respondetur, primò, Archiepiscopus: secundò, Episcopi: tertio, capitulum cathedrale, collegialiter incedens, vel sedens: quartò Abbates habentes privilegium mitræ, & baculi: quintò, procuratores Abbatum absentium, Nav. conf. 3. §: 7. & 8. de major. & obed. septimò, collegiatæ: octavò, Plebani, sive Archipresbyteri: nonò, Parochi, Boët. loc. cit. num. 83.

Quintò, utrum ea, quæ fiunt in Concilio provinciali, possint statui contradicente Archiepiscopo? Respondetur, quod sic, quia sanciantur collegialiter, & sufficit, quod fiant accedente majori parte, Navar. conf. 1. de his quæ fiunt à majori parte capituli.

Sextò, an constitutiones, quæ fiunt in Concilio provinciali, seu dicecesano comprehendant exemptos regulares, eorumque loca? Respondetur, quod non, Nav. conf. 1. de sepultur. hoc tamen fallit, prout dixi in ver. ex-

communicatio, de can. materiali, §. 4. & Clem. 1. de privileg.

Septimò, an Rectores Ecclesiarum parochialium, quæ nullius diocesis sunt, possint compelli, vel ab Archiepiscopo, ut conveniant in Concilio provinciali, vel ab Episcopo in dicecesano, & videtur quod sic, quia Con. Trid. sess. 24. c. 2. §. Synodi quoq;, dicit, etiam exempti omnes, &c. tamen oppositum tenet Nav. conf. 12. de major. & obed. & locus Concilij potest intelligi, quando exempti habent aliqua beneficia extra exemptionem, quia ratione illorum tenerentur interesse Concilio, prout à simili dicit idem Concil. eadem sess. cap. 15. in fin. & sess. 14. cap. de reform. & Navar. cap. 9. de jurejur.

Octavò, an Episcopi exempti possint compelli ab Archiepiscopo viciniore, ut semel eligant ipsum à Concilio provinciali celebrando juxta formam sacri Concilij loc. cit. & videtur, quod sic, quia Concilium dicit, semel, &c. Congr. censuit, quod electio facta semel, obligat successores, tamen oppositum videtur verius, primò, quia electio dicit voluntarium, cum dependeat à voluntate, & voluntas non dicitur voluntas vera, quando ab aliquo cogitur. D. Th. 2. 2. qu. 13. Aristot. quinto Ethic. secundò, quia censuit ita Nav. de curatis exemptis qui sunt inferioris ordinis, & valet argumentum à minori ad majus. 3tò, quia vidi multos Episcopos exemptos, qui nondum elegerunt Metropolitanum, & fuere celebrata Concilia provincialia in viciniore

nis Archiepiscopatibus, tamen vide *sup. in ver. consilij, §. 4.*

CONCURSUS.

Primò, ponitur edictum ad concursum, pro aliqua parochiali vacante, an possit concurrere ille, qui fuit accusatus de aliquo crimine, *Navarr. conf. 6. de accus. responderetur, quòd sic, & non obstat, quòd sac. Concil. Trident. sess. 24. capit. 18. de reform. §: peracto, & capit. licet canon, de elect. lib. 6.* quòd sit idoneus ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis, quæ non potest habere inquisitus, quia potest esse talis, & tamen inquisitus per malevolos inimicos, & maledicos, & invidos, prout *Diaz. in pract. crimin. capi. 6. circa medium, & capitul. 140.* nisi sit infamatus apud graves & bonos viros.

Secundò, si Episcopus juxta formam sacri Concil. Trid. & Bull. Pii V. succedente vacatione parochialis, facit concursum, & electo digniore, & misso ad Sedem Apostolicam, si ad eam collatio pertinebat, si ipse moritur, vel renunciat: vel distulit sic electus an possit aliquis impetrare dictum beneficium à Papa non facta mentione de concursu? Respondetur, quòd non, quia ad Episcopum eundem regreditur, & redit auctoritas iterum faciendi concursum, & iterum eligere digniorem, eumque mittere pro impetratione Romam, ita *Navar. consilio 11. num. 3. de rescript. & sic semper quòd concursus non sortitur effectum suum, pertinet ad Episcopum facere alterum, quia negligentia im-*

petrantium non debet nocere diligentia Episcopi. hoc tamen ego temperem, nisi aliter à Summo Pontifice impetraret, in forma dignum.

CONFISCATIO:

Primò, confiscatio bonorum hereticorum, præter alios, videnda est *Bulla 22. Alex. IV. & fructus beneficiorum, vide Syman. tit. de instit. cath. num. 9.* jus verò patronatus acquirit libertatem, *cap. ult. de heret. Symanch. loc. cit. num. 96.* dos, paraphernalia, arrhæ, emphyteusis, melioramenta, feudum, *Covar. lib. 2. c. 2. nu. 12. var.*

Secundò, confiscare omnia bona solum competit iudicibus, à quibus non appellatur regulariter, licet reclametur, *Capyc. decis. 130. num. 40. Azo. in summa lib. 9. Cod. rub. 48. nu. 8.*

CONFIDENTIA.

Primò, confidentia, quando sapiat simoniam, vide *Caputaq. dec. 201. p. quomodo probetur, vide eund. dec. 200. & 202. vide Bull. Pii IV. 109. quæ incipit, Romanum Pontificem, & Pii V. Bull. 87. quæ incipit, intolerabilis. Nav. in Manual. ca. 23. à nu. 103. ubi habes, quid sit confidentia, in quibus fiat, & quomodo probetur, & pœna, & in multis Concil. in tit. de simon.*

Secundò, qui accipit beneficium ad confidentiam, committit simoniam conventionalem, & fit incapax ad beneficia obtinenda in futurum, *Caputaq. dec. 238. par. 3. prout dicitur in ver. simonia, §. 15.*

CON-

CONFORMITAS.

Primò, quia satis vulgatum est, non posse quem habere duo beneficia conformia sub eodem recto, volui hic pauca ponere, quod etiam tetigi in *y. beneficium*, §. 7. *conc. 6.* quòd tunc dicuntur duo beneficia conformia, & incompatibilia, etiam si sint simplicia, ut duo canonicatus, duæ præbendæ, duæ pensiones, duæ dignitates, duo personatus, duo officia, non autem duæ capellanæ, duo altaria, modò alter illorum non sit sufficiens, quia si unum esset sufficiens, alterum non posset obtineri, *Gem. in c. 1. ver. istud dubium, de consuetud. lib. 6. Reb. de dispen. rat. atar. in claus. incompatibilia, num. 1. Nav. conf. 24. num. 2. de præb. & conf. 22.* dicit quòd stante consuetudine immemorabili, potest quis habere duo beneficia conformia in sufficientia, etiã cum dignitate, & *conf. 10. num. 3.* ait posse quem habere tot beneficia, dummodo personalem residentiam non requirant, quòd sufficiant usque ad competentem tantum sustentationem, & *conf. 1. n. 37. & deinceps de constit.* dicit posse quem habere plura beneficia etiam conformia, ex aliquib. circumstantiis, de quibus *ibi, & conf. 16. nu. 1. de præb. idem* quia beneficia, ut sint conformia, non facit nomen, sed munera, & onera, *ibid. n. 3.* & hoc nota pro practica quotidiana, & duæ vicariæ perpetuæ, duæ præbendæ theologales, quia sunt incompatibiles, *Reb. loc. cit. num. 2. & infra. Staph. de lit. gr. Prax. Episc. Pars II.*

si 73. à num. 9. & melius fol. 6. num. 5. Gom. de expect. num. 44. & fol. 75. num. 1. ubi dicit, quòd canonicatus cum capellania in eadem Ecclesia, non sunt incompatibilia, si sunt insufficientia. Vide luculentissimè de hac materia differentem *Gem. in c. gratia, ver. & istud ultimum de reser. lib. 6.* ubi per extensum narrat naturam beneficiorum, tam per compatibilia, quàm per sufficientiam, & residentiam, quòd nota pro practica quotidiana.

Secundò, an ista conformitas intelligatur in cœmeterio, vel claustrò, sive in continentibus ædificiis, & in quibus Ecclesiis adsunt Ecclesiæ infimæ, quæ vulgò sub corpora vocantur, ut *Salerni divi Matthæi, Neap. divi Januarij, Amalphæ divi Andree, Nolæ divi Paulini, Surrenti divi Antonini*, in quibus solent esse capellanæ, & officia, an dicantur conformia sub eodem recto? Vide & distingue cum *Gem. in cap. 1. ver. ult. quero, de consuet. libro 6.* & an beneficia iudus in Ecclesia possit beneficiari in dictis locis adjacentibus dictis Ecclesiis, vide *ibi.*

COMMENDATARIJ.

Primò, commendatarij, etsi non sint strictè religiosi, sunt tamen personæ ecclesiasticæ, & proinde gaudent privilegio. *canon. si quis suad. 17. q. 4.*
 Secundò, commendatarij sancti Jacobi Hispaniarum ducunt uxores cum privilegio Apost. nam quoad tria vota sunt Religiosi, ad instar Hierosolymitanorum, *Sot. l. 7. q. 5. art. 3. circa ult.*

G

ult.

ult. Nav. de reddit. Eccl: quest. 1. monitio 55. an. 1. Cov: de spons. 2. p. 1. n. 18.

Tertio, an milites isti, seu commendatarij conjugati per dispensationem Apost. & habentes filios ex tali conjugio, possunt disponere de suis bonis, vide Nav. in c. non dicatis, num. 56. ubi distinguit.

Quarto, commendatarij an dicantur in dignitate constituti, & quo ordine in Conciliis provincialibus, vide in ver. concilium, §. 1. & 6. qui hodie Abbates vulgò vocantur, de eis vide superius in ver. beneficium, conc. 11. vide Gem. in c. nemo, vers. in ea gl. de elect. lib. 6.

Quinto, commendatarij hodie præsentant, eligunt, & conferunt, si in suis commendis habent aliquod jus patronatus, vel beneficiorum collationem, ita Reb. de com. num. 60. & in facto vidi multos commendatarios conferre beneficia, prout dixi etiam in ver. alternat.

CONSUETUDO.

PRIMO, consuetudo temporis immemorabilis probatur per testes, & per allegationem privilegij, Cap. dec. 227. & consuetudo unius socij probata interdum extenditur in alio loco, idem dec. 229. 1. par:

Secundò, immemorabilitas probatur per testes de visu, per quadraginta annos, & de auditu à majoribus & senioribus, qui audierunt à majoribus suis, & testes non possunt esse, nisi ad minus habeant quinquaginta annos, idem dec. 71. p. 2. & dec. 290. p. 3.

Tertio, consuetudo, privilegium & præscriptio, non semper habet eandem vim. tract. de præscrip. f. 456. §. & primum quero.

Quarto, consuetudo potest introduci absque titulo, & tacito consensu, & est plenioris interpretationis, quàm præscriptio, & ideo tanquam favorabilis non est restringenda, sed amplianda, & æquitas in ea consideratur, sed rigor, & odium in præscriptione, & ideo multa possunt induci consuetudine, quæ non inducuntur præscriptione, cum consuetudo sit lex non scripta, Balb. tract. de præsc: 1. p: principali, q: 10. & 5. p: principali, quest. 12. ubi multa de consuetudine, & præter cætera, quòd una consuetudo potest derogare aliam, idem ibidem, & dixi in ver. confessio. §. 2. & in pract: pen: c. 15. q. 2. Gem. in cap: 1. vers: oppono secundò, de præscrip: lib: 6. ubi ait, quòd allegans consuetudinem, non arctatur ostendere titulum, secus in præscriptione.

Quinto, quænam differentia sit inter consuetudinem, & præscriptionem, vide fufius præfatum Balb. loc: cit: 2. p: prin: c: 10. Host. in sum: tit: de cons: §: fin: ubi multa dicit de consuetudine.

Sextò, quando non apparet de consuetudine alicujus loci, recurrendum esse ad consuetudinem vicinarum Ecclesiarum, Arg. c: olim: de consuet: c: Ecclesiis, c: ex parte, c: super eo, de cens: vel ad consuetudinem Metropolitanæ Ecclesiæ, c: duo, de sponsal. c: de his, de post. præb: c: si: 12. diff. Host. in sum. tit. de offic:

de offic. Arch. §. quis enim officium, & in tit. de cons. §. quot actus, num. 4. dicit consuetudinem introduci per duos, vel decem actus, & quando fuerit bis iudicatum. Azo, in sum. ff. vet. rub. 2.

Septimò, consuetudine potest induci, ut quod priùs dabatur Prælato, vel Principi pro munere, & voluntariè, postea successu temporis fiat jus debitum, & coactè, juxta notata in l. si certis annis, C. de pact. tex. & gl. in c. servitium, 18. q. 2. Nav. cons. 4. de cens. nec obstat quòd dixi in ver. legatum, §. 3. quia intelligitur quando quodammodo tyrannicè, vel metu saltem, reverentiali, vel timore, vel aliquo respectu humano, potiùs quàm liberaliter, & sponte illa fuerit introducta. vide in t. p. in ver. prescriptio, §. 2. in ult. vide Gem. in c. 1. ver. non presumitur.

Octavò, consuetudo introducitur actu binario, vel longo tempore, etiam in delictis. Host. in sum. tit. de consuet. §. quot actus, n. 4. c. ita nos, 25. q. 2. leg. 3. in fin. C. de Episc. aud.

Nondò, consuetudo debet probari ab alleganti illam vel ab alleganti illius interruptionem, idem loc. cit. §. quis debet probare, n. 3. cum dilectus, §. si de consuet. & ea probatur per bonos testes, ibidem. nu. 10. cum esset, de test.

Decimò, consuetudo Rom. Ecclesiæ an ubicunque sit servanda, vide Gem. in c. §. fidei, ver. nota istam gloss. de sum. Trin. & fidei cath. Gl. in c. nolite, in ver. & docere, 2. dist. & c. ult. ead. dist. c. aliter, 31. dist.

CONTRADICTOES.

Quotiescunque in Bullis Apostolicis, sive Ordinariorum, quando dicantur in currere in pœnas impostas in dictis Bullis, vide Staph. de lit. grat. f. 180. num. 4. & infr: ubi dicitur, quòd non incurritur censura apposita in Bullis, quando contradicitur de jure; sed quando contradicitur de facto, ut quia quis præ tendit non debere expelli sine causæ cognitione, & sic paratum stare juri, c. licet. de preb. 6. Oldrad. consi: 81. quod incipit, quòd processus, idem Staph. f. 196. num: 1. & nota hunc casum, qui est practicabilis singulis diebus & bis habui in tacto, facit tex. in c. bis cui, de preb. lib: 6. & cap. pro illorum, eodem, Rebuff. in for. no. provis: in ver. contradictores. Navar. cons. de sentent: excom. & hoc potest contingere, quando aliquis vellet contradicere cuicunque possessionem capere volenti, etiamsi fuerit exequutor Apostolicus, quando habet causam justam contradicendi, & non faceret accipere possessionem, ut quia fortassis beneficium erat unitum, vel alteri priùs collatum, vel Bullæ sunt subreptitiæ, vel obreptitiæ, vel quia est juris patronatus, & Episcopus prætenderet, quod sit collativ, quia Papa quando concedit, non intendit auferre jus tertij, nisi de ea fiat expressa mentio, quia adest reg. cancell. de nontoll. &c. facit cap. ex literis, de rescript. & c. ex tuarum, & us. pal. & ibi gloss. in ver. permittat,

CONCUBINARIJ

AN Episcopus possit procedere concubinarios alias quam vigore & ordinatione fac. Conc Trid.

Respondetur, quòd sic, Nav. *conf.* 7. de offic. ord. vide Bull. Pij V. *quæ est* §. & incipit, cum primùm, & D. Ant. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 1. vers. 6. Major. 4. Sent. dist. 9: in si. Ion. in c. fraternitatis, num. 3. de heret. Nav. in c. 1. §. laboret. num. 10. de pœn. de 6. ubi habetur clericum-concubinarium non esse suspensum, accedit quòd infamis non dicitur quis nisi post sententiam, Caputa, *dec.* 9. p. 2.

C R E D E R E.

PRimò, credere Cardinali afferenti aliquid, an, & quando teneamur, vide in vers. *Cardinales*, §. 2.

Secundò credere an teneatur filius matri, afferenti se emisisse votum religionis, vel natum ex adulterio?

Respondetur negativè à Nav. *conf.* 2. de test. & Sylv. in ver. *adulter*. §. 2.

Tertiò, credere bona fide alicui viro bono, & prudenti, regulariter excusat ab omni peccato, Nav. *conf.* 2. de pœn. & remiss. imò credere consuleri tibi de re aliqua dubia, non peccat, etiamsi quod agit esset divina, vel naturali lege prohibitum, non solum humana, idem *conf.* 66. de sim. quod facit pro scrupulosis, & credulitas iusta excusat à peccato, idem *conf.* 4. de pres. & vide in *pract. mea pœn. cap. ultim.*

CONSECRATIO, SEU BENEDICTIO.

Moniales non virgines, etiam violenter, etiam occultè, non possunt consecrari velo virginittatis, sed solum possunt accipere velum professionis. & est ratio, quia velum consecrationis solum datur virginibus: constat enim omnia, quæ dicuntur in illa cæremonia, competere virginibus, Host. in sum. tit. de temp. ord. §. quo tempore, n. 5. Abb. in c. tua, nu. 3. de *conf. Eccl. vel alt.* tamen potest Episcopus consecrare monialem, non virginem occultam, mutando verba virginittatis in verba castitatis, & hoc quando adesset aliqua necessitas, ut quia fuit electa in Abbatissam, quæ debet esse consecrata in ea regula, in qua consecrari consuevit, sed in Regula sancti Francisci solum sumitur verbum professionis, Sylv. in ver. *consecratio*, & vide in *practica*.

Quo tempore possint consecrari virgines moniales? Respondetur ex Host. *loc. cit.* num. 3. præter octavam Paschæ & Epiphaniæ etiam Dominicis diebus, & omni tempore, stante necessitate.

C O N T R A C T U S.

PRimò, an sit licitum emere censum ad certos annos, putà, sex, decem, quindecim, aut viginti, responderetur, quòd sic, quando pensio omnium illorum annorum non est major, quam pretium, quod pro illa accipitur, putà si quis

si quis dat centum ad quindecim annos pro pensione, decem pro centenario, sed quando pretium est iustum arbitrio boni viri, licet ita Conrad. *de contract.* q. 79. Navar. *tract. de usur. notab.* 22. n. 71. & 97. gl. 16.

Secundò, an census possit extinguì in totum, vel in partem? respondetur, quòd sic; imò non potest poni actum in contrarium, Nav. *loc. cit.* nu. 78. *ver. quarta*, & in Bulla Pij V. n. 85. *condit. 5. & num. 95.*

Tertiò, an possit constitui census super bonis alicujus generaliter, & universaliter, nullo certo loco, prædio, cum suis limitibus, seu confrontationibus designato?

Respondetur negativè, Nav. *loc. cit.* num. 86. per Bull. Pij V, sed bene potest constitui super annuis censibus, idem *ibidem*. sed hoc ego credo, quòd valeat, ubi Bul. Pij V. est usù recepta, putà in terris Ecclesiæ.

CASUS MIXTUS.

PRImò, Si quis fuit in casu mixto castigatus à iudice Ecclesiastico, potest iterum per iudicem laicum puniri, & iudex spiritualis, nec debet eum illi tradere, nec inhibere ne puniat, Nav. *conf. 1. n. 2. de jud. intelligit Cov. lib. 2. c. 10. num. 6. ver. 11. var. resol. quòd non fuisset sufficienter punitus.*

Secundò, quinam sunt casus mixti, vide Covar. *loc. cit. vers. 11.* & doctores in c. *cùm sit generale, de for. comp.* 1. sacrilegium, 2. vitium nefandum, 3. sacrilegium, 4. divinatio, & his simi-

lia, quando non sapiunt hæresim manifestè, prout in c. *accusatus*, §. *sanè, de hæret. lib. 6. §. usura*, & aliqua plurima, quæ reperies passim, pro quibus datur locus præventioni de jure communi. sed in regno Neapolitano aliter proceditur, vide Doctor. in c. *felicitis*. §. *per hoc quoque*, de *pæn. lib. 6.* & ibi gloss. in *ver. adimus*, 6. adulterium, pro quo potest laicus puniri à iudice ecclesiastico, prout multis ex communi sent. probat Covar. *de spons. 2. p. c. 7. in ult. num. 12. de usura*, vide eundem *loc. cit.* §. *ult. n. 4. & 5.* ubi à iudice ecclesiastico debere cognosci exceptionem contractus usurarum probat. 7. executio ultimarum voluntatum, Abb. in c. *si heredes*, colu. 1. de *testam.* & ibi Cov. n. 1. & de *sponsa* 2. p. c. 6. §. 2. num. 198. de *perjurio*, Rom. *conf. 512. leg. si qui major*, C. de *transact.* Cov. *loc. cit. nu. 20.* Azor. in *sum. lib. 9. C. ad leg. Iul. de adult. & stup. c. 9. n. 3. ver. ite jure novo*, ubi ait hoc crimen adulterij ad Episcopum pertinere castigari, & 9. blasphemia, Symanc. *de cath. instit. tit. 8. num. 5. & 6.* Decimò, stuprum, c. 1. & 2. de *adult.* Gem. in *cap. si Episcopus*, *ver. sed quaro an Episcopus*, de *off. ord. lib. 6. gl. in c. nos inter*, in *ver. deficientibus*, de *purgat. canon.*

Tertiò, de casibus mixti fori, vide Clarum q. 37. *lib. 5. sent. §. si pract. cri.* ubi enumerat multos pro practica.

Quartò, an iudex ecclesiasticus possit carcerare laicos pro casibus mixtis? Respondet idem Clarus, *ibi vers. annum tamen*, quòd non, nisi hoc prælatus legi-

legitimè præscripserit, Covar. *pract. q. c. 20. n. 2. ver. primum*, potest facere pro hac doctrina, quando præscripserit, quòd consuetudo det jurisdictionem etiam personæ privatæ, *c. Romana, §. non sic, de offi. lib. 6.* & ibi Gem: *ver. quæro, per c. cum contingat, de for. compet.* tamen oppositum vidi practi- cari, & practicavi, sed cum grano sa- lis: vide omninò Gem. *in c. cum Epif- copus, ver. sed quæro an Episcopus*, ubi di- sputat pro, & contra, & tamen conclu- dit quòd Episcopus potest carcerare laicos pro causis ecclesiasticis, & hoc tenet mordicus.

DAMNATI.

Primò, damnatis ad mortem, an possit negari sanctissimæ Euchari- sticæ Sacramentum? Respondetur, quòd non, & contraria consuetudo est abusus, ita Navar. *cons. 4. de pæn. & remiss.* nisi vellent communicare eodè die, quo morti traduntur, propter re- verentiam specierum sacramentalium. similiter eorum cadavera si petuntur, possunt, & debent concedi, ut sepeli- antur, nisi adeo diffamati, ad terrorem aliorum, Covar. *lib. 2. cap. 1. num. 1. vers. hinc & alia, & in cap. alma mater, 2. part. §. 3. num. 3.* etiam tempore interdicit. Calder. *tract. de Eccles. interd.* fol. 11. colum: 4. Sylv. *ver. iurejuran. quæst. 7.* & Symanc. *de cathol. institut.* tit: 18. num: 4. aliàs peccant iudices.

Secundò, an eorum cadavera, vel membratim suspensa insepulta possint relinqui à iudicib⁹ in locis publicis ze-

lo iustitiæ ad aliorum terrorem, vide Covar. *lib. 2. cap. 1. num. 10. variat. resol.* & Symanc. *de cathol. institut. tit: 18. num: 4.* ubi habes quòd non, immò eos peccare, nisi essent capita latro- num, qui famosi latrones à jure vo- cantur.

DEBITOR.

Debitor suspectus de fuga non po- test capi, nisi de mandato iudicis, & tunc expensis creditoris capi debet. Six. *IV. Bull. 5.* nec potest capi, nisi minori summa, quàm ducatorum se- ptem, quicumque sit debitor, Pius V. *Bulla 160.*

DELEGATUS.

Quod dictum est, gratiam morte concedentis non expirare, viden- dum est, an hoc sit semper verum, ta- men est considerandum, si princeps concedit licentiam dispensandi cum a- liquibus, non expressis nominibus, tunc ista licentia, seu gratia non expi- rat morte concedentis, & similiter si concedit facultatem conferendi bene- ficia non expressis personis; secus ve- rò si persona exprimat, quia tunc morte concedentis expirat. ratio est, quia in primo casu est gratia, in secun- do est mandatum, *cap. si qui nulla, de prebend. libro sexto. Staph. de lit. grat. fol: 202. num: 1. & 2. decif. Rot. 13. de offic. de leg. in novis, Navar. cons. de offic. deleg.*

An delegatus possit accipere ali- quid

quid pro labore, & iudicio causarum sibi commissarum, & videtur quoddam sic, quia sic habet consuetudo, & communis usus, omnes delegati sumunt popinas pro quolibet actu, imò trigessimam pro decretis, & sic vidi praticari: tamen *c. statutum, §. insuper, de rescript. lib. 6.* & Navar. *cons. 21.* dicit quoddam non, nisi esculentum, & poculentum, tamen ad hoc posset responderi, vel quia quod accipiunt ferè communiter omnes, est loco esculentorum, & poculentorum, & sic neque Episcopus, neque Vicarius potest aliud accipere pro dispensationibus matrimonialibus, sub poena excommunicationis **P**apalis hodie, olim Episcopalis.

Si delegatus excommunicat aliquem, qui petit sibi ostendi copiam suæ commissionis, seu delegationis, est iniusta, & nulla excommunicatio, Innoc. *in cap. venerabilis, num. 7. de cens. & Felin. in cap. cum iure peritus, num. 3. de offi. deleg.* tamen Navar. cum aliis tenet contrarium, nempe quoddam licet sit iniusta, tamen tenet, *cons. 5. de sentent. excommun.*

DEGRADATIO.

Primò, an Episcopus possit dispensare cum degradato? Respondetur primò, quoddam cum solenniter degradato non potest, nisi solus Papa, *c. 1. 50. dec. ideo, 2. q. 6. ex tua, de cler. non res. §. Host. in sum. tit. de dispen. §. sunt autem casus, ver. contra tertiam.* dico 2. quoddam quando constaret degradationem esse nullam, putà, quia non affuit

legitimus numerus Episcoporum, vel Abbatum, vel dignitatum, vel non fuit observatus ordo iudiciarius, quoddam tunc potest Episcopus cum eo dispensare, *Episcopus, presbyter, aut diaconus, 11. qu. 3.* Ratio est, quia non esset adimpleta forma data à sacr. Con. Trid. *sess. 13. cap. 4. de reform. Host. loc. cit. & in tit. de accusat. §. sed nunquid: n. 17, gl. in c. non potest, de re jud. dico tertio quoddam hodie secus est, nam Episcopus non potest dispensare super irregularitate, suspensione, & deductis ad forum exterius, & homicidio voluntario, etiam occulto, hoc tamen limita, nisi quis esset degradatus iniuste, ex falsis depositionibus, nam degradatus potest appellare, & ad merita causæ poterit inveniri innocens. nam iudex ad quem potest considerare, an sententia sit ritè, & rectè lata, Diaz. *pract. crim. can. 133.* hoc tamen fallit in iudice laico, cui traditur hæreticus degradatus puniendus. nam tunc non potest cognoscere de sententia lata per ecclesiasticum, sed benè in aliis, Foll. *pract. crim. 4. num. 56.* vide Io. de Sella. 2. p. q. 3. n. 9. gl. in c. depositio, de pæn. lib. 6. ar. 12. *ca. quamvis, in cap. cum talis de rescript. libro 6.**

Secundò, an clerici in minoribus debeant degradari, si id expostulet delicti qualitas, an absque degradatione possint tradi iudici sæculari? Respondetur, quoddam debet degradari, ita gloss. & text. *in cap. 2. de pæn. lib. 6. Cov. in c. quianos, n. 4. de testam.*

DE

DENUNTIATIONES.

Denuntiationes matrimoniales non possunt relaxari à parochio, sed ab Episcopo, Navar. *conf. 1. de cland. despons. similiter à commendatario, vel Abbate titulari habente jurisdictionem Episcopalem, & qui est ordinarius, idem in conf. 2. eo, tit. cætera de hac materia vide in ver: matrimonium, per multa, & de denuntiationibus faciendis in promotione ordinariorum, vide in ver. ordo, & denuntiando hæretico, vel sapiente de hæresi, putà necromanticis, strigibus, maleficis, vide in ver: hæretici, & in ver. absolutio. §. 10. remissivè.*

DEVOLUTIONES.

Primò, devolutio, quare fuit inventa? Secundò, quando incipit? Ad primum. Respondetur propter negligentiam, ignorantiam, & interdum avaritiam quorundam Ordinariorum, quorum defectui voluit supplere summus Pontifex, c. 2. c. quàm fit, de elect: l. 6. c. ne pro defectu, de elect. c. unico, ut beneficia, &c: cum alijs vulgaris, Rebuff. in tit: de devolut. num: 8. sicuti à simili dicitur de præscriptione; ne dominia rerum sint incertum, l. 1. si: de usuc: Host. in sum: tit: de præscript: §. introducta, numer. 2.

Ad Secundum, non à die vacationis, sed à die notitiæ, vel à die, qua scire debuit, vel potuit collator,

c: quia diversitatem, de concess: præbend. capitul: unico, de jure patronat: libro 6. cap: licet, de suppl. negl. prel. Roc. 263. in antiquis, qua incipit, Si propter, & dixi superius in ver. jus patronatus, §. 8. dub. 6. Rebuff. de devol: numero dec.

DEPOSITUS.

Depositio duplex, verbalis, & realis, quæ degradatio dici potest. Depositus verbaliter, & condemnatus ad triremes ad tempus, vel ad vitam, vel realiter ad mortem, & postea evadit à triremibus, vel à morte, an possit restitui ab inferiori à Papa, gl. in c. clerici, de cler: excom: dicit quòd non, nisi sententia sit injusta, sed cap: ideo, 2. q: 6. &c: si quis 7. q: 1. & Pan. in d: c: clerici, dicunt quòd sic, vide in ver: degradatio.

DIGNITAS.

Primò, quæritur, quot sint dignitates ecclesiasticæ? Respondetur, quòd multæ, Papatus, sive summi Pontificatus, sive maximi Pontificij, Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus, Præpositatus, Thesauriatus, Cantoratus, Decanatus, Prioratus, Cellariatus, Geminiarchatus, Guardianatus, & Prioratus mendicantium, Bibliothecariatus, Abbas, & multa alia nomina, de quibus non potest dari certa regula, prout in cap: 1. de consuet: lib: 6. Io. de Selua tract: de benef.

benef. 3. p. q. 39. num. 1. decis. Rot. 17. de concess. prebend. in novis, vide Cap. Tolos. q. 13. & ibi Addit. Rot. decisio. 17. Gem. in c. nullus, de elect. lib. 6. Arch. in d. cap. 1. Anch. in Clem. si dignitatem, de prebend. in Clem. 2. de rescript. vi habes abundè, quod discrimen sit inter dignitatem, personatum, & officium, vide Staph. folio 100. à numero primo, & infra. & folio 103. à num. 1. & infra.

Secundò, capitulum cum auctoritate Episcopi, potest novam constituere dignitatem, Host. in sum. tit. de constit. §. quando constitutio, ver: cum quaritur. num: 20. vide gloss. in capit: 2. ver: signum, Inn: cen. in c. cum consuetudinis, de consuet. Abb. in cap. cum accessissent, de constit. colum. 2. vide superius, in ver: beneficium, §: 1. ver: ad dignitates.

Tertiò, quia dictum est primam dignitatem post pontificalem esse reservatam Papæ per regulas cancellariæ, hoc debet intelligi, quando excedit valorem decem florenorum auri. nam si non excedit talem valorem, non censetur reservata, Staph. num: 8. fol. 8.

Quartò, an possint esse duæ dignitates æquales post Pontificalem, ut qui ambo in solidum conjuncti omnem majoritatem exercerent, vel alternis vicibus in subscriptionibus?

Respondetur, quòd sic, ex Gem. in c. deliberatione, ver: sed pone, de offic: leg: libr: 6. quod nota pro regula cancellariæ qua reservant omnes dignitates, majores post Pontificalem,
PRAX. Epist. Pars II.

sed num omnes istæ duæ per talem regulam sint reservatæ, vel altera tantùm, videtur quòd ambæ, prout Gem. ibi.

D DISPENSATIO.

Primò, an pro dispensatione sit aliquid solvendo Episcopo, sive ejus vicario, vel notario?

Respondetur ex sac Cong. declar. 519. in meis, in hæc verba: Decretum illud quod solet imponi in literis dispensationum, ut nihil muneris, aut sponte oblatis accipi possit pro illarum executione, ita intelligendum esse, ut neque ordinarius ipse, nec vicarius quicquam prorsus pro mercede laboris, quem ea in resusciperit, capere possint, & ita intelligendum est illud quod dicitur in dispensationibus: Notarij verò pro examine testium quartam partem aurei, seu ducati accipere possunt, & pro literis absolutioium, & dispensationum in foro conscientie tantùm, nihil à quocunquè accipere possunt, quemadmodum Romæ observatur, quod idem censuit declar. 520. in meis.

Secundò, quibus committi debeat dispensatio matrimonialis? Respondetur, quòd Ordinariis, ita Pius IV. Bull. 67. quæ incipit, In suplimi, in ver: nec dispensationis.

Tertiò, Episcopus potest dispensare, ut presbyter homicida voluntarius, qui antea habebat beneficium curatum, illud possit retinere in futurum, & similiter cum canonico homicida.

H

cida.

cida, ut possit interesse choro, & gaudere fructibus canonicatus, Navar. *cons. 45. num. 1. de homicid.* sed non potest dispensare, ut sacrum faciat, cum sit irregularitas exceptuata per sac. Conc. Trid. *sess. 14. c. 6. de resor.* similiter de beneficio simplici, ad minores ordines, licet sac. Conc. Trid. *sess. 14. c. 7. de reform.* videatur satis urgere, tamen loquitur solum de ordinibus sacris, & de homicidis, ex industria, ac voluntariè, Covar. *in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 2. inferius, ver. irregularitas. §. 10. Staph. fol. 141. num. 11. Selua 4. p. q. 7. n. 12. vers. 31. Innoc. in c. 2. de cler. pug. in duello.*

Quartò, dispensatio est triplex, debita, injulta, & permessa, Host. *in sum. tit. de dispensat. §. quot sunt species,* hinc fit, dispensationem non posse dari sine causa, quin aliàs diceretur potius dissipatio, quàm dispensatio, gl. *in ca. & si illa, in ver. cogit primò, q. 7. & in c. non est voti, in ver. adimplero, de voto. Host. l. c. hinc videant Ordinarij, ne sint nimiam faciles ad dispensandum, ut in alijs, sic in diebus festis, quia potestas datur eis ad ædificationem, nõ ad destructionem, ut patet doctrina communi, & dispensatio facienda ab inferiore Papa debeat fieri in causæ cognitione, gl. *in cap. requisitis, §. nisi vigor, l. q. 7. Innoc. in cap. de clar. 2. num. 16. de elect.**

Quintò, dispensatio an debeat jus, an gratia dici, vide, & distingue cum Archidiacono, & Geminiano *in cap. licet canon. §. super residentia, ver. quero, an, de elect. libro 6.*

DIMISSORIÆ.

PRIMò, quæ poena ordinanti, & ordinatis asque literis dimissorijs legitimæ ætatis?

Respondetur ex sac. Conc. Trid. *sess. 23. c. 8. de reform.* quòd ordinans per annum à collatione ordinum, ordinatus à susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, est suspensus, Bulla Pij secundi, *quæ incipit, Ex sacrorum, Sot. 4. sent. dist. 25. quest. 1. artic. 3. Navar. c. 27. numero 241.* hic est dubium. Primum, an iste Episcopus sic suspensus à collatione ordinum, si durante suspensione celebraverit, efficeretur irregularis? Respondetur, quòd non, Gem. *in capitulo ex eo, de temp. ord. lib. 6. Rebuff. tit. de cler. ad sac. ord. m. a. prom. gl. 2. num. 7.* ratio est, quia suspensio non est à celebratione, sed à collatione ordinum. Secundum, an si conferret ordines, efficeretur irregularis? Respondetur, quòd non, quia tunc solum efficeretur irregularis, quando esset suspensus à divinis, vel simpliciter & absolute, & celebraret, prout dictum est *in ver. suspensio, sed solum peccaret mortaliter, & ordinati carerent executione.* Tertium similiter, quando Episcopus est suspensus, possunt subditi ejus ordinari ab alieno Episcopo, tamen de ipsa suspensione Episcopi debent asserre declarationem Metropolitanam, non tamen ipse Metropolitanus potest eis dare dimissorias, prout dictum est, nec obstat sac. Concil. *sess. 23. capitulo octavo, ubi censet neminem*

minem posse promoveri sine literis superioris, quia intelligitur, quando superior est habilis, secus verò quando est suspensus, prout gloss. in cap. cum dilectus, in ver. à suspensis, de cōsuetud. Sylvest. in ver. excommunicatio, tertio, §. 10 & 11. Victor. tract. de excommunicat. nu. decimo sexto. & eo casu videtur sufficere declaratoria Archiepiscopi. nam prohibitio facta à Concil. loc. cit. fundatur super Extravag. Pij secundi, quam vidit Reb. ut patet multis in locis, & fortassis dictum decretum sacri Concilij. nam ipse mentionem facit de sacro Concilio in aliquibus locis, & tamen dicit hoc posse fieri in forma dimissoria, numero 19.

Secundò, an ordinatus ab Episcopo loci, vel de licentia ipsius, ubi pater ordinati ortus est, sit bene ordinatus?

Respondetur, quòd sic, quia jura nõ requirunt, quòd natus sit in Episcopatu ordinantis, sed solum quòd sit oriundus ex illo. ita Navar. consilio decimonono, numero secundo, & consilio tertio, de temp. ord. hoc tamen temperarem, si pater habebat illic domicilium, vel quòd illic non sit natus de transito, sed quòd pater illius ibi habuerit domicilium, & fuerit natus, nam domicilium patris originis transit in filium, sed non domicilium habitationis, idem cons. 3. eod. tit. numero 1. facit quod notat Gem. in cap. Romana, §. nec etiam, notab. 6. de for. comp. lib. 6. quòd quis non potest conveniri in loco contractus, vel quasi contractus, quando fuit factus per aliquem, ut viatorem.

Tertiò, si quis à suo Ordinario non

potest habere dimissorias ad ordines, à quo potest eas impetrare?

Respondetur, quòd si causa justa allegatur, quominus à suo Ordinario eas habere non potest, tunc à summo Pœnitentiario Romæ, ita Pius quartus Bulla 69. que incipit, In sublimi, §. nec minus. sed videat impetrans, ut causam justam alleget sub pœna privationis executionis ordinis, per suos ordinariorum imponenda, sive ad tempus, sive in perpetuum; si verò Episcopus erit suspensus, vide §. 2.

Quartò, an inferior prælato possit ex consuetudine concedere dimissorias ad ordines?

Respondetur, quòd sic, Capel. Tolos. quest. 450. dummodo consuetudo sit legitime præscripta, tamen hoc videtur abrogatum per sac. Conf. Trid. sess. 23. c. 10. de resor. ubi revocat, Abbatibus & aliis quibuscunque exemptis, hoc, non obstantibus quibusvis privilegiis, præscriptionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Quintò, si quis promoveretur ad sacros ordines absque titulo, sed cum aliis requisitis, an sit suspensus, vel irregularis?

Respondetur, quòd non, per Bull. Pij secundi, quæ solum in tribus casibus disponit, nempe de ordinato sine dimissoriis, ante legitimam ætatem, & extra tempora, licet per sac. Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. de resor. per jura antiqua, quæ requirunt titulum, sic in Navar. cons. 15. & 18. de temp. ord. ubi ait sufficere titulum, non ita ad amulum, & punctualiter, sed sufficiens sit,

H 2

Sextò,

Sextò, si quis dat pecuniam examinatoribus, ut approbetur, vel alicui, ut impetret dimissorias ad ordines, an committat simoniam in ordine, Navar. *const. 6. de simon.* post multas allegatas rationes concludit potius quòd sic, quàm quòd non, cum examen & dimissoriae sint viæ ad ordines, & sic censet incurri poenas Extravagan. Pauli secundi, de qua *inferius in verbo, simonia*, secus verò quando datur aliquod munus examinatoribus, non ut approbetur idoneus, cum sit aliàs sufficiens, sed ad captandam eorum benevolentiam, similiter si daret aliquid pro dimissoriis sollicitandis, prout dicitur *in ver: parochia, §. 1. & 2.*

Septimò, patrimonium quod datur alicui promovendo ad sacros ordines, an sit necesse, ut sit in stabilibus, sive in mobilibus, an quomodocunque, modò sit sufficiens?

Respondetur, quod quoad evitandas poenas, nempe suspensionem, sufficit, quòd sit in rebus mobilibus, quo verò ad impletionem sacri Concilii, debet esse in bonis immobilibus, ita Navar. *const: 14. & 15. & 18. de temp: ord.* & sic posset constitui super annuos census, per *Clem. exviii, §. cumque annui census, de verb: sign.*

Octavò, quia dictum est, posse quem promoveri ad titulum beneficii, & cum dimissoriis Ordinarii loci, seu diocesis, ubi est situm beneficium, intellige de beneficio, prout dictum est *in verbo ordo, §. quinto, sexto septimo.*

Nonò, dubitatur si beneficium esset talis naturæ, quòd requirat socium,

v. g. est curæ, & servitij requirentis socium simul cum beneficiato parochia, vel rectore, an iste socius possit promoveri ad titulum illius beneficii, sive portionis, sive societatis cum dimissoriis Ordinarii illius Diocesis?

Respondetur ex Rebuff. *in form. dimiss: lit: grat: numero 30.* quòd sic & in dimissoriis poterit poni ad titulum portionis, vel servitij, vel societatis, & ita vidi in Abbacia sanctæ Mariæ in Illice Compzanæ diocesis, quæ est juris patronatus Principis Venusini, ubi Illustrissimus Cardinalis Gesualdus, qui est Abbas, seu commendatarius, tenet Rectorem & socium perpetuum. hoc tamen intellige, si habeat sufficiens unde vivat, prout dictum est *in ver: capellanus, de mente sacrae Congregationis, capitulo cum secundum Apostolum, de prob. & aliis allegatis à Navar. in Concilio citatis, & ut dictus socius sit perpetuus, secus, si temporaneus, prout à simili dicit Rebuff. de cler. & à quibus & à quo creent. num: 20.* facit Con. Trid. & Bul. Pij V. & quòd dos Ecclesiæ sit sufficiens pro rectore, & pro socio. Io. de Selua tract: de benef. prima parte, quest. quinta, à num: 168. usq: ad 174: & iste socius cum dicta sufficiente dote sub portione potest intitulari in dicta Ecclesia. idem loc: *in: secunda parte, q: 22. num: 5.* de quantitate verò patrimonij, seu donationis, vide *superius. §. 3. dub: quarto.* ubi nota, quòd quando dixi alibi constitui summam ducatorum triginta sex, alibi viginti quatuor, alibi plus secundum qualitatem personarum, vel minus, intelligam.

telligendum est de usu fructu annuo,
& non de proprietate.

DIVORTIUM.

CAUSA divortij, quoad separationem tori sunt multæ, prima sævitia viri, secunda vœneni præparatio, tertia furor, quarta hæresis, quinta crimen nefandum, sexta fornicatio, & adulterium, etiam ex conjecturis, & violentis suspicionibus, Cov. de sponsal. 2. par. cap. 7. §. 5. per totum, Sylvest. in ver. divortium, & in pract. meæ pœnit. titul: 21. in praxi quomodo procedatur. vide Holt. in summahoc tit. ubi habes practicam, & sicut uxorem accusare potest, ita e contra, & an possit vir propria auctoritate expellere uxorem, Covar. loc. cit: num. 11. dicit, quod non, nisi sit notorium.

DOCTOR.

PRIMò, Doctor, sive Licentiatus in Theologia, vel in jure canonico, & in publica Universitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit sibi provideri de aliqua parochiali Ecclesia, ita sacr. Congreg. declar. 208. in meis, cujus sunt verba prædicta formaliter.

Secundò, irriti sunt doctoratus, in quibus fidei professio non fuerit adhibita, ita Bul. Pij IV. & sac. Congr. declar. 311. in meis, cujus sunt verba prædicta.

DOCTRINA CHRISTIANA.

QUÆNAM sunt indulgentiæ confraternitatis doctrinæ Christianæ?
Respondetur, quod est videre in Bull. Pij V. quæ incipit ex debito, & Gregor. XIII. Bul: 11. quæ incipit, Illius, qui, & Bul: seq. ubi multas habes indulgentias confratribus societatis doctrinæ Christianæ concessas, & ibi hortatur prælatos omnes ad erigendas confraternitates doctrinæ Christianæ, inferioribus autem præcipit, ut & ardentius prælati eorumque inferiores ad hujusmodi sanctum exercitium, officiumque accendantur. Volui hic inferere Bullam, ut fateor, ad Gloriam Dei, quod cum essem Vicarius in Archiepiscopatu Compzano, & parochus Beneventi, & modò Episcopus Minori, per me ipsum functus sum munere hujus sanctæ exercitationis, quam nec erubuit Dominus noster, quando inquit: *Sinite parvulos venire ad me, & a libi: Nisi efficiamini sicut parvuli, & a libi, Cum oraveritis, dicite, Pater noster, nec sancti Patres, ut divus Augustinus, & alij, qui codices integros de hujusmodi disciplina composuere, & vidi Archiepiscopum Neapolitanum Mariam Carafam interesse parvulis discipulantibus de institutionibus Christianis, nec dedignati sunt summi Pontifices sancire Bullas de hac materia, & præcipuè sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. nil magis cogitat.*

Secundò, an parochus possit cogere clericos, qui sunt intra limites suæ parochiæ ad adjuvandū eum in docendo Doctrinam Christianam pueros?

H 3 Respon-

Respondetur, quòd non, nisi urbane eos exhortari, Nav. conf. 6: nu. 6. de off. ordinar. Indulgentias à Greg. XIII. huic confraternitati concessas, vide in fine libri.

D E C I M Æ.

Primò, an Rector Ecclesiæ, cui decimæ debentur, possit interdici facere colonò, vel domino fundi, ne fructus colligant, vel exportent, nisi eo præsente, vel ejus nuncio, timens fortè defraudari?

Respondetur, quòd sic, ita Addit. ad Cap. Tolos. q. 432. & si aliter se habet consuetudo, vel statutum Principis & est timor de fraude etiam, potest facere interdici, ut ibi probat ex multis Doct.

Secundò, quo tempore debent solvi?

Respondetur, quòd de prædialibus, quando colliguntur fructus, gl. in c. revertimini, in ver. annus, 16. q. 1. & si bis in anno faceret fructus, bis essent solvendo, personales verò in fine anni, gl. ibi, & Innoc. in cap. pastorales, in ver. venduntur, eod. tit. Affic. rubr. 7. in constit. quanto ceteris, num. 26.

D I S T R I B U T I O N E S Q U O T I D I A N Æ.

Primò, an ubi sunt sufficientes, vel tolerabiles distributiones, possit Ordinarius eas impinguare ex tertia parte fructuum, vel dignitatum?

Respondetur à sac. Congt. decl. 471.

in facto cuidam Reverendissimo Episcopo: ea enim est summa illius capitæ, videlicet (sess. 21. c. 3.) ut hujusmodi fructus tantum assignentur distributionibus in his locis, ubi illæ aut nullæ sunt, aut ita tenues, ut facultatem præbeant negligendi. & inferius dicit, ut amplitudo illius Episcopi ab instituto desistat, annuens, quòd si sunt tolerabiles, & sufficientes, non impinguentur.

Secundò, quænam sunt, quæ veniunt appellatione quotidianarum distributionum?

Respondetur, quòd anniversaria, mortuaria, & eleemosynæ, quæ veniunt in dies, & eisdem similia emolumenta, non videantur comprehendi sub fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & emolumentis canonicatum, nec sub distributionibus quotidianis, Nav. conf. 13. de cler. non resid.

E C C L E S I A.

Primò, Ecclesia data à Papa, vel unita alicui monasterio, non potest illius possessio capi sine licentia Episcopi, c. pastoralis, de privil. Nav. n. 60. de pæn. dist. 6.

Secundò, Ecclesia si ejus Episcopus cum toto populo labitur in hæresim, vel schisma, non ideo perdit suos honores, & privilegia, Innoc. in c. inter quatuor, num. 1. de majorit. & obed.

Tertiò, tribus casibus Ecclesia debet consecrari, primò, quando dubitatur, an sit consecrata: secundò, quando cremaretur vel in totam, vel in ma-

joti

jori parte : tertio, quando rueret funditus, *Inn. rubr. de consec. Eccl. vel alt. & aliis casibus, prout in ver. pollutio, & Selua 1. p. q. 5. num: 128.*

Quarto, appellatione Ecclesie veniunt etiam conventus monachorum in favorabilibus, *Io. And. in c. 2. de restit. in integ. lib. 6. Caputaq. decis: 289. 1. par. & an appellatione Ecclesiarum veniant hospitalia in odiosis. Gem. cum aliis quos citat in cap. cupientes, s. hac generali, ver. & nota, de elect. lib. 6. dicit quod non.*

Quinto, an Ecclesia, seu Capella, longo tempore fundata, præsumentur fundata auctoritate Episcopi?

Respondetur, quod sic, *Arch. in c. nemo, de secr. dist. 1. Fel. in c. sicut olim, col. 15. de re jud. Franc. Bald. tracta. de prescript. 2. par. 3. princ. c. 10. num: 38.*

Sexto, Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis de Urbe tenet supremum locum super omnes Urbis, & orbis Ecclesias, *Gregor. II. Bul. 1. Pius V. Bul. 94.*

Septimo, an appellatione Ecclesie veniant Capellæ? Respondetur, quod sic. *Cap. Tolos. q. 57. & sic legatum factum omnibus Ecclesiis civitatis, censetur etiam factum Capellis collegiorum, prout in tor. tit. de Capell: monach. hoc tamen intellige de Capellis auctoritate Episcopi fundatis. c. nemo, de consec. dist. 1.*

Octavo, Ecclesiam si quis vult edificare, vel ædificavit, cum assignatione competentis dotis, & Episcopus non vult præstare suum assensum, & hoc si-

ne ratione, & absque causa, potest ille, qui ædificavit, habere recursum ad superiorem, ut vel cogat Episcopum ad præstandum dictum assensum, vel ut ipse superior det, servatis aliis de jure servandis? *c. nullus, de jure patr. & ibi Abb. eleganter, gl. in c. penul. in ver. teneatur, de rescr. lib. 6. Selua. 1. par. 26. n. 24. hoc tamen limita nisi Episcopus dictum assensum negaret rationabiliter, gl. ibi, in ver. offeratur.*

Nono, Ecclesiam dirutam si quis reædificaverit, an propter hoc acquirat in illa jus patronatus? Respondetur, quod sic, si reædificatio facta sit de consensu Episcopi. *Staph. fol. 92. num. 6. & 9. quia ista reædificatio est, ac si nova ædificatio, secus verò, si quis reædificaret Ecclesiam dirutam non totaliter, etiam de licentia Episcopi, quia modò non acquiritur jus patronatus, ratio diversitatis est, quia in primo casu Ecclesia reædificata, est altera prima, in secundo verò non; nec obstat significavit, de destibus, ubi per solam ædificationem Ecclesie de licentia Episcopi, etiam non animo acquirendi jus patronatus, fit quis patronus, quia loquitur de totali nova Eccl. ædificatione. tamen ego censeo quòd in reædificatione Ecclesie non totaliter destructæ, poterit quis acquirere jus patronatus, si Episcopus voluerit, quia interdum plus est reædificare, quam de novo ædificare, eo magis, quando esset ab omnibus destituta, & habeatur pro derelicta, accedente dotatione, gl. in c. de fabrica in ver. innovata, de consecrat. distinct. 1. & in c. quanta, in ver. funda-*

fundatores, de jur. patron. Gem. conf. 117
quod incipit, Jesu Christi, vide in ver:
jus patronatus, §. 2., circa ultim.

EDICTA, SEU STATUTA SEU ORDINATIONES.

EDicta, statuta, seu ordinationes, facta ab Episcopo, quando censentur reservata, seu sublata. nam reperiuntur multa censura facta à praelatis à multo tempore, etiam in congregationibus synodalibus, quæ transierunt in vim canonis, & sic perpetua, quæ non observantur?

Respondetur, quòd tunc censentur sublata, quando per non usum probatur contrarius usus, seu consuetudo, vel per revocationem factam à successore, & contrarius usus vel consuetudo, vel revocatio ad tollendas dictas constitutiones, debet probari per volentem, Dec. in c. cum accessissent, col. 9. de constit. Caputaq. decis. 220. 1. par. & quod dictum est de edictis constitutionibus Episcopalibus, idem censendum est de statutis legatorum, & Bullis summorum Pontificum, eorumque poenis, prout dictum est in ver. confessio, & in ver. contractus consensualis. vel per non usum receptum, vel per contrariam consuetudinem, nisi iterum fuerint per successores innovata, & in viridem observantiam reducta, l. de quibus, ff. de legibus, & in c. ista, §. leges, 4. dist. & ibi Dominicus Covar. lib. 2. c. 16. num. 6. ver. 5. var. resol. Sylvest. in ver. alienatio, §. 15. gl. in c. de treug. & pace, & in c. alma mater, 1. par. §. 10. num. 2.

EJECTI.

EJecti regulares per suos superiores à religione, quid agere debeant? Dico primò, si justè, vel injustè, vide Bul. de regula Sixti V. secundò, se debent presentare coram Episcopo originis, & subdere se illius obedientiæ, & ab eo experere. quid agere debeant. Pan. in c. si de reg. quia sub obedientia Episcopi vivere debent, postquam ejecti sunt, Navar. in c. non dicatis, 11. q. 2. n. 34. tertio, an possint adire alium Episcopum? Respondetur, quòd non, sine facultate Episcopi originarij, quandò, ejecti extra provincias suas adeant Papam, vel si longè ab Urbe, aliquem Episcopum, Navar. loc. cit. quartò, ejecti, seu incorrigibiles, non sunt tuti in conscientia, nisi se emendant, & in viam redeant, quo facto, si ad claustra redeunt non admittantur, tunc tuti sunt in conscientia, Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. de just. & ju. Sylv. in ver. religio, 6. §. 12. & hoc pertinet ad Episcopum perquirere, an justè, vel injustè fuerit ejectus, Card. in Clem. 1. §. quia verò, ver. addo quartò, quod nota pro quotidiana practica, nam multi sunt ejecti, etiam culpa sua, & relicto habitu regulari, vivunt clericaliter, & laxiori via, quàm prius, & sic videtur quòd eis suus dolus patrocinetur contra regulam, sextò, ejecti semel justè, non possunt cogi à superioribus ingredi ad religionem, Nav. loc. cit. nu. 26. ver. Addo. septimò, patet ratione, quia jam functi sunt officio suo,

ELEE-

ELEEMOSYNA.

Eleemosynas petere, aut mendicare per Ecclesias tempore divinorum officiorum, pauperibus non licet, Pius V. *Bul. 5.* nec clerici possunt accipere eleemosynas ab hæreticis, Greg. IX. *Bul. 3.*

ELECTIO.

Primò electio debet fieri in loco honesto, solito, omnes simul, non divisi in uno loco, hinc fit electionem non posse fieri, si verbi gratia essent canonici, & singuli scribere votum suum, quia necesse est, ut omnes simul, vel major pars simul conveniat, Host. in *Sum. tit. de elect. §. ubi fieri debet, nu. 4.* quod nota pro monialibus, & aliis, quia datur forma.

Secundò, electus debet consentire suæ electioni, sicut postulatus suæ postulationi, & præsentatus acceptare suam præsentationem, aliter non dicit jus ad rem considerabile, per regulam *Cancellaria de non de toll. sur. questio. Gem. in cap. 1. vers. oppono secundò, de postul. lib. 6. Gom. quest. 1. col. 7. ver. 1.* habere locum, & ista acceptatio, seu consensus dat jus ad rem, etiam si superior dictam præsentationem non admittat, idem *ibidem.*

Tertiò, electio superiorum regularium quomodo fiat, vide in *1. p. in ver. Abbatisa, §. 6. & in 2. p. ver. regulares, §. 7.*

Quartò, an possit fieri, vel committi electio de certa persona determinata?

Prax. Episc. Pars II.

Respondetur, quòd non, quia electio debet fieri de uno ex pluribus, *Græ. in c. cum expediat, quid si electores, de elect. lib. 6.*

EMPHYTEUTA.

Primò, an ex divisione emphyteutarum rerum debeatur suscipi laudemium?

Respondetur, quòd sic, *Cap. Tolos. 9. 75.* quod tamen fallit in divisione necessaria, puta duobus fratribus dividendum hæreditatem, sed illud valet in divisione, quando quis vellet vendere unam partem uni, *Cap. Tolos. loc. cit. & ibi addit.*

Secundò, emphyteusis quando non apparet, an sit perpetua, aut temporalis, in dubio præsumi debet perpetua, nisi aliter se habeat consuetudo, *Cov. lib. 3. cap. 10. num. 4. var. resol.*

EPISCOPI.

Primò, Episcopus potest dispensare in irregularitate occulta, per *c. liceat, etiam si fuerit contracta culpa ipsius Episcopi, vel eo sciente, vel consentiente, vel mandante, Nav. 97. de sim. num. 12. & 13.*

Secundò, Episcopus in aliena diocesi exercendo pontificalia absque licentia Ordinarij illius loci, etiam si inadvertenter hoc faciat, etiam benedicens calicem, vel corporalia, ita *Nav. cons. 12. de cler. excom. celebr. & ita intelligitur sac. Con. Trident. sess. 6. c. 5. de resor. sit suspensus.*

I

Tertiò,

Tertio, Episcopi cujuscunque ordinis professores, ad claustra suorum ordinum redeuntes, assumi non possunt ad officia, & dignitates. Paul. IV. *Bul. 45.*

Quarto, Episcopi non citantur ad Curiam ab auditore Camerae sine mandato Papae. Pius IV. *Bull. 74.*

Quinto, Episcopi non possunt priuari in criminalibus etiam notorijs, nisi detur copia, & facultas legitimae defensionis. Leo X. *Bul. 11.*

Sexto, Episcopus ordinans familiarem suam juxta sacri Concilij dispositionem, non potest cum eo dispensare in interstitijs, tam sacrorum, quam minorum ordinum, Nav. *conf. 12. de temp. ordin.*

Septimo, Episcopus exequi potest legata pia facta in aliquo testamento etiam datis exequutoribus, si illi fuerint negligentes, etiam si non adeatur haereditas, Cap. Tolos. *q. 89.* quia legata pia non subsunt solemnitatibus juris civilis, *Addit. ibi,* & Episcopus est exequutor, si testator non provideat de exequutore, vel si provideat, & ille esset negligens, *Addit. loc. cit. q. 112.*

Octavo, Episcopus tenetur ad reparationem suae Ecclesiae cathedralis, prout dictum est in *ver. parochia, §. 15.* Vide Cap. Tol. *q. 499.* & *ibi Addit.* & per multa, hoc intellige, quando redditus sufficiunt.

Nondum, ad Episcopum pertinet etiam exequutio testamentorum, etiam quoad legata pia, & non pia, quando procedit ex officio, & in genere, non autem ad instantiam legatariorum, Cap.

Tol. *q. 152.* *ex Inn. in c. nos quidem, de testam.*

Decimo, Episcopus est exequutor actuumpiorum, non solum morientium, sed viventium, quia de primo non est dubium, de secundo probatur per *c. ex parte de cens. & ibi In. & in c. tua, de test. Cap. Tol. q. 135.*

Decimoprimum, an Episcopus possit retinere domi mulieres non suspectas, vide & distingue cum *Addit. ad q. 448.* & ipsamet quaestio, ubi habetur quod sic, maxime, quando non sunt diffamati, vel suspecti de incontinentia, sed ego addo, quod melius facerent evitando omnium mulierum contubernium, prout legitur in vitis Patrum.

Decimosecundo, qui hostiliter animo injuriandi insequuntur Episcopum, sunt excommunicati, per Bullam Cœnæ Domini. *nam est in cap. felicitis, de pen. lib. 6.* ubi disponitur de insequentibus animo injuriandi Cardinales, non disponatur de Episcopis, tamen Pius V. illud extendit etiam ad Episcopos in *Bul. Cœnæ Domini,* bene verum est, quod qui percutit, caput, vel bannit Episcopum, incidit in excommunicationem; *Clem. si quis suadente, de penit. vide Navar. conf. 32. de sent. excom.*

Decimotertio, Episcopus vocatur princeps Ecclesiae, *Ecc. 45. in fi. & Principem fecit eum,* & sancti Hilar. *super Matth.* & dicitur habere curam pastorem, & dignitatis fastigium, *c. ordinatos, 59. dist. c. miramur, ver. principatus, 60. dist. & c. principatus, 1. q. 1.* & dicitur habere dignitatis culmen. *gl. in c. 2. de preb. lib. 6. Afflic. in const. post mundi,*

mundi, §. ad nos itaque, 2. notab. nu. 2. & antiquitus vocabantur summi Pontifices, & summi Sacerdotes, Car. in c. legum, 2. q. 1. Gom. in c. 1. n. 18. de constit. lib. 6. & vocabantur sanctissimi in primitiva Ecclesia, & beatissimi, & Papa, idem n. 23. vocabantur vicarij Christi, pupilla oculi Dei, & ita dixi in proestacione ad praelatos, sed vide D. Greg. in hom. de quinq. alen. & stimul. pastorum.

Decimoquarto, Episcopus habet privilegium, ut possit confiteri peccata sua Sacerdoti etiam non approbato, Navar. in c. placuit, n. 52. de pen. dist. 6. & dixi in fine in pract. me a pen. c. 15. q. 3. concl. 4. & q. 20. & superius, in ver. absolutio, §. 12. Nav. conf. 12. de pen. & remiss. à contrario sensu, quicquid dicat Apost. ibi. & idem dicendum est de Illustrissimis Cardinalibus, qui non solum habent eandem jurisdictionem in suis titulis, quam habent Episcopi in suis diocesis, sed habent plura privilegia, quam Episcopi, ut patet vulgaris, & sic consului cuidam docto, ac pio caudatario, & Capellano Illustrissimi Cardinalis Cornelij, qui à me petiit hoc dubium Romæ in Ecclesia sanctæ Mariæ Angelorum. hoc tamen fallit in Iubilæo, ubi dicitur, quod qui voluerit lucrari illius gratiam, confiteri habeat peccata sua uni Sacerdoti ex approbatione ab Ordinario, Nav. conf. cit.

Decimoquinto, Episc. si redditus sunt tenues, quod non sufficiunt pro victu, & vestitu sibi, & familiæ suæ, tunc potest portionem, & partem fabricæ pauperum convertere in suum victum, & vestitum, cap. Episcopus, 10.

questione 2. Afflic. in conf. quando ceteri, num. 35.

Decimosexto, Episcopus seu vicarius, an possit accipere duos ducatos, vel aliquid pro actuario pro ferenda sententia, Afflic. in conf. judiciarius, notab. 3 n. 4. dicit, quod non, nec valet consuetudo in contrarium, & ita dicit se consuluisse Archiepiscopo Neapolitano, tamen video observari oppositum ubique.

Decimoseptimo, Episcopus suspensus potest conferre beneficia, nisi primo sit suspensus ab officio, & jurisdictione. secundo, nisi sit in duobus casibus Bul. Mar. V. quia tunc debet evitari, Host. in sum. tit. de elect. num. 7. Doct. in cap. si celebret, de cler. excom. & in cap. tanta, de excep. præl. vide superius in ver. excommunicatio, de caus. off. §. 3.

Decimooctavo, Episcopus potest delegare ea quæ sunt jurisdictionis, sed non ea, quæ sunt ordinis, puta causas civiles, criminales, & mixtas, & alia, sed non chrismare, ordines conferre, benedicere moniales. Host. loc. cit. de off. deleg. §. qua delegare possunt, num. 6.

Decimonono, Episcopus non potest delegare causam clerici laico, & hæc dicit esse communem, Ripa in c. discernimus, n. 34. de jud. nec clerico, & laico simul, Dec. in d. c. in 3. in fi. ut refert Rolan. conf. 4. n. 4. lib. 5. Clar. q. 41. ver. quæro nunquid, nec clerico conjugato, Ripa loc. cit. n. 64. hoc intellige parte contradicente, vel quando delegaret ad universitatem causarum, secus verò quando delegaret unam causam civi-

lem clericorum laico. Fel.

Vigefimò, Episcopus an possit habere familiam armatam pro functione officij curiæ suæ, vide Abb. in c. significasti, num. 10. de off. deleg. & Fel. ibi, num. 8. & Oldrad. consilio 29.

Vigefimoprimum, Episcopus potest carcerare laicos, & punire, quando hoc legitime præscripserit, vel habet consuetudine, Clar. q. 37. versu. unum tamen.

Vigefimosecundò, Episcopus debet assistere inquisitoribus in negotio exequendo, Alex. IV. Bul. 2. 3.

Vigefimotertiò, Episcopali sede vacante, omnia beneficia vacantia, tam curata, quàm sine cura, Pius V. Bul. 161. quæ incipit, Sanctissimus, sibi reservavit, sed dubium videtur an ista reservatio sit perpetua, videtur quòd non, quia dicitur ibi dispositioni suæ reservavit, & hoc facit si vacaverit aliquod beneficium infra semestrem, in quo Episcopus sumit possessionem sui Episcopatus, & habet alternativam, vel vacatio contigerit in mense Episcopi.

Vigefimoquartò, Episcopi familiares indistinctè gaudent privilegio fori, competenti Episcopo, ut in c. fin. de offi. Archid. & ibi hoc tenent communiter Doctor, ita in proprijs terminis dicit Alber. in l. 1. C. de Episc. & cler. & ibi etiam Panor. vide plenius Capyc. decis. 12. n. 1. & 2. ad eò quòd si delinquant, ipse Episcopus cognoscit de eis, & non iudex sæcularis, & regulariter familia gaudet privilegio domini, ut notat in l. 1. & 2. & ibi Bal. C. de

Episc. & cler. Afflict. in const. Magnæ Curie, not. 4. n. 4. in fi. Rebuff. tract. de ben. infor. dimiss. lit. n. 30. & palatium Episcopi gaudet immunitate Ecclesiæ, vide in ver. palatium.

Vigefimoquintò, Episcopi præcedunt protonotarios, etiam illos quatuor qui sunt de numero, tam in Urbe, quàm extra, Pius II. Bul. 2. quæ incipit, Cum servare.

Vigefimosextò, Episcopus à Pontificalibus, si celebret in Pontificalibus, non est irregularis, quia Pontificalia non sunt de substantia celebrationis, quia sine his potest Episcopus officium suum expedire, Host. in sum. tit. de dispensatione. §. sunt autem, ver. quarto-decimo.

Vigefimosseptimò, Episcopus potest dispensare, & disponere in omnibus, exceptis in reservatis à Papa, & illa omnia dicuntur Episcopo concessa, quæ sibi lator canonis non reservavit: nam ea videntur alijs indulgisse, c. nuper, de big. Host. in sum. tit. de dispen. §. promissa, n. 3. in fine.

Vigefimooctavò, Episcopus potest dispensare in hæresi, §. presbyteros, c. si quis presbyter, 50. dist. Host. loc. cit. §. permittit, num. 3. & hoc tamen intellige, prout in ver. absolutio, §. 8.

Vigefimononò, Episcopus qualibet die Dominica debet celebrare, c. Episcopus, de consecr. dist. 4. nisi iusta de causa impeditus esset, Host. in sum. tit. de scrutinio, §. quando, propè finem.

Trigefimò, Episcopus quando indiget, potest cum conscientia per sententias delinquentes pœna pecuniaria mul-

multare, ac eam in proprium victum expendere, *Cov. lib. 2. c. 10. n. 9. ver. 5. var. resol.*

Trigesimoprimum, Episcopus quis non potest dici quousque consecratur, *capitolo, tua nuper, de his que sunt à prælat. Staph. n. 241. n. 8.* & à die propositionis in consistorio vocatur electus, prout in pontificali.

Trigesimosecundò, an, & quando possit Episcopus dispensare contra Concilia generalia, & sic contra canones, & pontificias sanctiones, vide in *c. tali, & c. exigunt. 1. q. 7.* veluti ex magna causa, utilitate, vel necessitate, *Staph. f. 80. n. 6.*

Trigesimotertio, Episcopi æquiparantur personis illustrib. ut notat. *gl. in c. 2. de off. leg. lib. 6. Gem. in c. fin. de sent. & re jud. eod. lib. imò ipsemet tex.*

EUCCHARISTIA.

AN possit dari Eucharistia condēnatis ad mortem? Respondetur, quod sic, *c. is cui, 26. q. 6. c. quod in te, de pæn. & remis. ubi habetur, quòd Eucharistia debet dari propè morituris, nisi consuetudo esset in contrarium, vel parum distaret inter sumptionem sacræ Eucharistia, & mortem, ut quia eodem die, vel post duas, vel tres horas, Nav. can. 40: de pæn. & remis. propter reverentiam specierum sacramentalium, prout dictum est superius, in var. damnati.*

EXAMEN.

PRimum, examen in criminalibus regulariter non potest committi, *cum causa, & ibi Bal. de testib. cog: tamen consuetudo hoc potest introducere, & vidi ita observari.*

Secundò, examinatus si petit tempus ad respondendum in criminalibus, & in causis propriis, non est ei concedendum, *Salic. in Auth. offeratur, nu: 6: C. de lit: contest. & Cast. ibi. nu. 5 & 11. Bal. in l. cum falsum, ff. de acquir. poss.*

Tertio, examinatus non potest cogi, ut juret, *Clar. q. 46. vers. sed quæro. & ita servatur in praxi; nam testis non juratus non probat, prout in ver. teste. §. 4.*

EXCOMMISSE.

EXcommisſe, seu sponſiones, pro electione summi Pontificis prohibentur per Pium IV. *Bull. 81.* sub pœnis arbitrariis, ultra irritationem, & sic etiam audivi prohibuisse *Greg. XIV.*

EXECUTOR.

PRimum, si aliquis impetraverit beneficium à Sede Apostolica, non expresso vero valore, & postea, vel conscientia ductus, vel exectore id petente, & discoopertâ fraude, quid agendum?

Respondetur, quòd poterit impetrari

trari (perinde valere) expresso majore valore, & solvere annatæ partem, & quam non solvit propter expressiorem minoris valoris, Nav. *conf. 29. de pæn. & remiss.*

Secundò, an liceat appellare à collatione executoris.

Respondetur quòd sic, tam si executor est merè executor, quàm si assumit partes Judicis: sed est differentia, nam quando appellatur à gestis per executorem merum, appellatio dicitur antea judicialis: quando appellatur à gestis executoris assumentis partes judicis, dicitur judicialis, Gem. *in c. si quis, ver. nota unum. de except. lib. 6. Inn. in cap. ad dissolvendum, de dispens. impub.* quòd executor possit assumere partes judicis, patet *in c. dudum, de presumpt.*

EXCOMMUNICATIO.

PRimò, Excommunicatio an possit fieri de rebus subtraëtis in generali, seu universaliter, sive in confuso, verbi gratia, si quis vellet impetrare excommunicationem ab Ordinario, vel à Papa contra aliquem, dicendo contra quoscunque, qui furati sunt bona mea, vel scripturas meas, &c.

Respondetur ex Bull. Pii V: *qua est 133 & incipit, Sanctissimus*, quòd non, nisi exprimat re ipsa, de qua agitur, ipsius valor nominatim, & specificè, verbi gratia, si quis furatus est oves meas, vel vestimenta mea, animalia, pannamenta talis valoris, scripturas talis conditionis, & importantiæ. hoc tamen fallit, nisi fortè fiat excommu-

nicatio pro rebus Ecclesiæ, locorum piorum, Communitatum, Universitatum, Collegii, vel ad universalium successorum instantiam, quos verisimile est certam rerum notitiam non habere, tunc enim hac ipsa personarum qualitate expressa, ita demum fieri poterit, quædam in genere designatio rerum, si designatio neque nimis vaga, & incerta, atque ideo inverisimilis sit, ut tamen ostendat res ipsas minime vulgares existere. hæc Pius V. quæ sunt notanda pro practica quotidiana, & addo ex Conciliis Mediolanensibus, quòd excommunicatio non debet fieri pro re omnino occulta, sive incerta, nec pro re omnino publica, quia excommunicatio per accidens exercetur in rebus deperditis, ut ait Sot. 4. *sent. distinct. 22. q. 1. art. 2.*

Secundò, an excommunicatus contumax debet absolvi, si comparuerit?

Respondetur ex Sac. Cong. *declar. 347. in meis*, in hæc verba, *Excommunicatus tanquam contumax pro contumacia, si coram Ordinario compareat, & paratus sit stare juri, debet per eundem absolvi.*

Tertiò, quæ differentia sit inter participantem cum excommunicato, & participantem cum interdicto, vel suspensio; nam regulariter participans cum excommunicato incurrit excommunicationem minorem, & peccat venialiter. fallit in tribus casibus, in divinis, vel in crimine, vel contemptu, Covar. *in cap. alma mater, 1. p. 3. nu. 7.* participans verò cum interdicto, vel suspen-

suspensio, in quibus est suspensus, vel interdictus, peccat mortaliter, Nav. in c. 1. §. labore, nu. 12. de pœn. dist. 6. sed vide Covar. in c. alma mater, 2. p. §. 1. nu. 10.

Quartò, Judex ecclesiasticus præci- piendo, ne fiat aliquid sub pœna ex- communicationis, quæ est commina- toria, si quis contra fecerit, an possit il- lum declarare excommunicatum ante- quam, vel absque eo, quòd eundem excommunicet?

Respondetur primò, quòd malefa- cit Judex pervertendo ordinem; nam ordo est, ut si primò excommunicet comminando, postea citet ad dicen- dum, cur non debet excommunicari, deinde hoc peracto, iterum ad dicen- dum, cur non debeat declarari, immò aliqui addunt quartum, ut citetur ad dicendum, cur non debeant affigi car- tulones, vel expectare decem dies, an- tequam eos affigat, quia illo termino durante poterit reus appellare à cele- bratione, ut patet *juribus vulgatis*, quod nos improbavimus in *ver. appellatio*, §. 14. tamen Navar. *conf. 3. de sent. excom.* pro utraque parte dicit, quòd ille sic declaratus est excommunicatus, & de- claratus, & sic tenetur evitari, per *Ex- travag. ad evitanda*, prout *superius in ver. excommunicatio, de caus. form. dub. 2.* Dico secundò, quòd si quis inciderit in aliquid, quòd si quis fecerit, incidit in excommunicationem lata senten- tiæ, non potest declarari absque cita- tione, & si declaratur absque ea, decla- ratio est nulla, Nav. *conf. 4. de sent. excom.*

Quintò, Judex declarans aliquem excommunicatum, vel incidisse in ex- communicationem ipso jure, sine ci- tatione illius, qui est declarandus, de- claratio est nulla, gl. in *Clem. presenti, in ver. consiterit, de concess. & in Clem. 2. eod. ver. de pœnit.* & Navar. *conf. 4. & 9. nu. 4. de sent. ex-com.*

Sextò, licet per appellationem non suspendatur executio excommunica- tionis, & aliarum censurarum, prout dictum est multis in locis, & habetur *6. pastorali, §. verum, de appellat.* quia ex- communicatio trahit secum executio- nem invisibiliter, & animam ligat, & sic in omnibus sententiis censuræ, *Gem. inc. 2. ver. item quia, de const. lib. 6.* tamen suspenditur ejus declaratio, gl. in *c. cupientes, §. quòd si per viginti, in ver. privatos, de elect. lib. 6.* Nav. *conf. 6. de sent. excom.* & stante hac appellatio- ne, non tenetur vitare alios, nec vitari ab aliis, juxta *Extravag. ad evitanda. Mart. V. Nav. conf. 9. nu. 5.*

Septimò, an possit excommunicari Universitas, sive collegium, sive capi- tulum?

Respondetur, quòd regulariter om- nes dicunt, quòd non, cum sit quod- dam inanimatum, tamen si de facto ex- communicetur, tenet excommunica- tio, gl. in *cap. Romana, §. in Universita- tem, in ver. penitus, de senten. excommu- lib. 6.* Sylvest. in *ver. excommunicatio, primo, num. 10. Soto 4. Senten. distinct. 22. quæst. 2. art. 2.* & de facto vidi excom- municari à Sede Apostolica Univer- sitatem terræ Montis Fusculi Beneven- tanæ diocesis, ad instantiam Afcaniæ Colon-

Colonnæ Cardinalis Abbatis sanctæ Sophiæ Beneventi, pro quadam controverſia inter ipſum Abbatem, & dictam Universitatem super quodam feudo, quod vulgò appellatur, *lococo-uante*, anno 1593. hoc tamen limitatur, quando excommunicaretur capitulum, sive collegium, sive universitas, & singuli illius, qui fuerunt culpabiles. Nav. *conf.* 7. & 8, *loc. cit.* fallit secundò in suspensione, quia licet capitulum, & collegium non possit absolute excommunicari, potest tamen suspendi, *c. sententia, de sent. excom. lib. 6.* Nav. *conf.* 8. & 9. nu. 1. & 7. & quando excommunicatur Universitas, solum ligantur illi, qui culpabiles fuerunt, *Covar. li. 2. c. 8. colum. penultim. variar. resol. non sic in interdicto, ubi ligantur etiam innocentes.*

Octavò, si quis Episcopus facit ordinationem sub excommunicatione latæ sententiæ, ne scribantur literæ Monialibus, si aliqui scribent eis, sed literæ non perveniant ad manus illarum, ut quia aliqua personæ intermediæ eas illis legent, an ligetur excommunicatione ille qui scribit?

Respondetur, quòd sic, quia verba sunt intelligenda cum effectu, secus verò si literæ nullo modo nec legantur, nec tradantur illi, cui scribebantur, quia modò solus est quidam conatus, Nav. *conf.* 19. *loc. cit.* & pro primo dicto facit Sym. *de cathol. instis, tit. 18. nu. 8.*

Nonò, quia dictum est, *in ver. excommunicatio, dub. 3.* quòd nos tenemur evitare excommunicatum solum in

duobus casibus, Primò, in notorio percussore clerici, secundò, in denunciato per cedulones. Quæritur primò, an dicatur notorium, si quis regularis, vel presbyter injecerit manus violentas in aliquem regularem in refectorio, vel in presbyterum, *c. vel sacrificia, ubi ad-sunt plures regulares, vel presbyteri, vel personæ?*

Respondetur affirmativè, Nav. *conf.* 25, *loc. cit.* hoc tamen temperarem, quando essent sex, vel plures personæ, prout *superius in vers. excommunicatio, de cau. sor. dub. 3. vers. quintum.* Secundò, an sufficit fama de denunciatione, verbi gratia, si duo, vel plures, vel fama dicat talem esse excommunicatum, & denunciatum in tali loco, an propter hoc teneamur illum evitare. Et videtur quòd non, per ea quæ dicit Covar. *in c. alma mater, 1. par. §. 9. nu. 8.* tamen oppositum tenet Navar. *conf.* 59: nu. 2: *eod. titul.* quòd mihi videtur verius: ratio est, quia sicut antiquitus ante Bull. Mart. V. sufficiebat sola fama ad evitandum excommunicatum, etiam nondum denunciatum, *c. illud, de cler. excom. minist.* ita etiam de jure novo videbitur sufficere sola fama de denunciato, non obstat dictum Covar. quia loquitur de solo denunciato per sententiam, & non publicato per cedulones, & sic videtur, quòd sint necessari cedulones.

Decimò, si aliquis fuit excommunicatus per contumaciam, an debeat absolvi, antequam solvat pœnas, seu expensas contumaciæ?

Respondetur, quòd potest absolvi, &

& peti poena contumaciæ, Cap. Tolof. q. 2. & exemplificat in filio familias excommunicato.

Decimoprimò, si aliquis fuit excommunicatus per judicem domicilij, sub conditione, ut infra mensem solvere habeat, & ante diem conditionis transfudit domicilium, num adveniente termino sit excommunicatus? Io. And. in Mercuria, in reg. jur. Cap. Tolof. q. 377. in addit. dicunt, quòd sic.

Decimosecundò, mulieres etsi ob clerici percussione non sunt mittendæ Romam pro absolutione, sed possunt ab Episcopo absolvi. *cap. cum mulieres, cum vulgatis hoc tit.* tamen in alijs dispositionibus, vel Bullis summorum Pontificum, ubi excommunicantur mulieres transgredientes cum reservatione, nõ possunt ab Episcopo absolvi, quod facit contra mulieres ingredientiæ monasteria virorum, vel mulierum, ob Bullam Pij V. & Greg. XIII. vide Nav. *conf. 46. hoc tit.* hoc tamen temperarem, nisi stante necessitate, vel impotentia, prout dictum est *superius*, nam non videtur aperta ratio diversitatis.

Decimotertiò, capitur clericus, etiam in sacris constitutus, noctu à satellibus cum armis, qui clericus ne ducatur ad suum Episcopum, dat arma satellitibus, quibus acceptis, illi dimittunt eum, an Episcopus hoc cognito possit cogere satellites illos ad restituendum arma dicto clerico?

Respondetur quòd non, quia licet clericus sit persona ecclesiastica, tamen arma non sicut res Ecclesiæ, Nav. *conf. 28. hoc tit.* Cov. l. 2. col. ult. var. *resol. Prax. Episc. Pars II.*

Decimoquartò, judex laicus arreptans seu carcerans, seu mandatum faciens clerico notoriè in sacris existenti, vel examinans illum tanquam principalem quoad se, & testem quoad alios, & retinens eum post dictum examen, quamvis postea restituerit eum suo Episcopo petenti, tamè incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Nav. *conf. 33. loc. cit. & in Manual. c. 27. num. 70.* per clausulam Bullæ Cœnæ Domini, ubi habetur, *capiendo, processando, &c.*

Decimoquintò, quòd principalis teneatur revelare, vide Navar. *conf. 28. numero quinto. versic. 6.* nisi quado principalis haberet penes se scripturas privatas, quæ non revelarent partem adversam, vel præscripserit bona, de quibus agitur, vel putat se possidere bona fide, & benè, & justè, vel intervenisse omnes solemnitates in scripturis antiquis, licet non appareant in scripturis modò repertis, quia in antiquioribus præsumitur intervenisse omnes solemnitates extrinsecas & intrinsecas, prout dixi in *ver. alienatio, §. 10.* nec tenetur revelare ille, quem pars principalis consuluit, nec Advocatus, & Procurator, vel quispiam, nam quando fiunt monitoria hujusmodi, debent intelligi contra illos, qui injustè retinent, vel scientes, qui teneant injustè, Navar. *loc. cit. num. 6. ver. 7.*

Decimosextò, excommunicatus propter clerici verberationem, si contra eum inquirat judex ecclesiasticus, & judex secularis, cum in jure canonico ponatur una poena, & per jus ci-

K

vile

v. te altera, an possit puniri ab utroque, & duplici poena mulctari?

Respondetur, quod non, Nav. v. 1. Deus non iudicat bis in idipsum: tamé oppositum est verius, gl. in cap. parochianos, de sent. excom. in ver. satisfactant. Bald. in l. 1. col. 9. ver. modò circa hoc cap. de Sum. Trinit. & fid. cath. Affl. in cōst. pactarenorum, nu. 5. ratio est, quia una iurisdictio debet aliam adjuvare; ad dictum Prophetæ respondetur quod intelligitur æternaliter, secus verò temporaliter.

Decimo septimò, excommunicationes factæ in synodalibus provincialibus, vel dicecesanis sunt perpetuæ, quia censentur factæ à jure, & habent vim canonis, Addit. in Host. tit. de sent. excom. lib. 1. nu. 5. inf. & Host. cit. §. quis valeat, juxta finem, sed istæ excommunicationes possunt tolli non usu, vel contraria consuetudine, prout dictum est superius, in ver. dicta, seu statuta.

Decimooctavò, laici capientes clericum de mandato Episcopi, si verberant clericum se defendentem, nō sunt excommunicati, si hoc exigit rebellio clerici, cap. ut fama, §. fin. de sent. exc. in Sum. eod. tit. §. super illo autem, ver. 12. numero 4.

Decimononò, an clerici damnati ad triremes possint vapulare à ministris triremium, sicut vapulant alij, absque incurfione excommunicationis?

Respondetur, quod sic, cum sint depositi, & aliquando degradati, sed si sunt tantum depositi, id est, degradati verbaliter, quia retinent privile-

gium canonis, vel sunt condemnati ad adtempus, tunc similiter, sed si excedant, verberando incurrunt, ita magister meus in publica lectura, & servatur in praxi, gl. in c. degradatio, in ver. privilegio, de pœnis, lib. 6.

Vigesimò, quia dictum est posse patrem, filium, maritum, & fratrem absque excommunicatione occidere clericum inventum turpiter cum filia, forore, matre, & uxore, an si quis non posset per seipsum hoc facere, valeat per mediam personam? Respondetur, quod sic, prout probat Cov. de sponsal. 2. p. c. 7. §. 7. n. 5. sicut patri, magistro & superiori licet castigare filium, discipulum, subditum, etiam per alias personas, Tab. in ver. excommunicatio, quinto.

EXEMPTI.

PRIMò, quia dictum est, ver. exemptis, Capellanos regios, & alios gaudere exemptione, dum actu serviunt, & non aliàs, comprobatur per ea, quæ dicit Affl. in const. Magnæ Curie, not. 4. n. 4. quod officiales Regis gaudent privilegio exemptionis, dum assistunt servitijs regijs.

Secundò, si quis præten dit esse exemptus à visitatione, vel coërcitione, debet probare præscriptionem immemorabilem, quæ si non probatur, non præsumitur, Caputaq. decis. 391. par. 3.

Tertiò, Ecclesia exempta ratione foundationis, & dotationis quamvis non possit visitari ab Episcopo, ut Ordinario,

natio, potest tamen ab eo, ut sedis Apostolicæ delegato, sac. Congr. declar. 418. in *meis*, quæ respondit in factò per verba prædicta, de quadam Lucæ collegiata Sancti Michaelis.

Quartò, exempti non sunt religiosi cujuscunque ordinis, etiam Sedis Apostolicæ capellani à subjectione suorum superiorum, Greg. XI. *Bul. 2.*

Quintò, exemptio præsumitur, & acquiritur per quali possessionem quadraginta annorum, c. *de quarta, de præsc. Nav. conf. 8. n. 3. de rescript.*

Sextò, circa subcollectores vel Commissarios Reverendissimi Nuncij in hoc Regno Neapolitano, audivi & vidi gaudere exemptione ab Ordinariis singulos diocæses constitutos, & ita practicatur hodie cõmuniter: hinc emergit aliud dubium, an subcollector, seu commissarius constitutus in una diocæsi, sit exemptus à jurisdictione alterius diocæsis, & videtur, quòd sic. nam ita vidi, & audivi responsum fuisse ab Illustrissimo Jacobo Aldobrandino Nuncio in hoc regno Neapolitano, in factò Archiepiscopi Beneventani, nempe, *Subcollector unius diocæsis est exemptus in toto Regno Neapolitano*, de anno 1596. & potest esse ratio, quia est privilegium officij, non loci, vel personæ, prout privilegium *canonis, si quis suadente*, 17. qu. 4. & in factò quidam presbyter Beneventanus, qui erat subcollector in diocæsi Larinensi, solùm reliquit Beneventi, & Archiepiscopus volebat eum castigare, tamen Nuntius petiit remissionem causæ, & fuit remissus. facit quod dixi *superius in ver.*

beneficium, §. 2. *ver. 9.* nempe quòd sola deputatio subcollectorum causat beneficium affectum, seu reservatum.

Septimò, exempti clerici, vel in sacris, vel beneficiati, ratione habitus clericalis, & tonsuræ, & beneficiorum subsunt locorum Ordinariis, eorumque pœnis, sac. Conc. *Trid. sess. 14. cap. 6. de refor. Clem. 1. & ibi gloss. in ver. nominatim, de vit. & hon. cler.*

Octavò, an sint exempti referendarij à jurisdictione Ordinariorum, vide *in ver. referendarij.*

FABRICA ECCLESIAE.

Primò, fabrica Ecclesiæ, valet consuetudo, ut à parochianis fieri debeat, similiter & ejus reparatio. *Rebuff. de dispensatione rat. atar. n. 77.*

Secundò, quando hæredes sunt negligentes per triennium, seu alias à die mortis in exequendis legatis pijs, circa Missarum celebrandarum, & divinorum officiorum celebrationem, commissarij fabricæ medietas sibi, alia medietas loco cui reducta fuit, Pius V. *Bul. 96. quæ incipit: Exigit*, & quia videtur clarè, quòd solùm in legatis temporaneis non perpetuis isti commissarij se possunt intromittere, ut si quis reliquerit Missas celebrandas perpetuò, & aliquis presbyter fuit de illis provisus, ut fit in capellanis, & exigere incœpit bis, vel semel, vel pluries, si hæredes deficerent per aliquot annos, non potest commissarius fabricæ

K 2 in

in hoc se intromittere, quia sunt loco sacrificiorum, & onera perpetua, sed si à principio hæres fuerit negligens ad exequendum & solvendum, tunc habet locum Bulla Pii V. & Commissarius potest compellere ad solvendum jam omissum, & de eo sumere medietatem, sed in posterum ut solvatur Sacerdoti celebranti, & hoc nota, licet post lapsum unius anni, Pius IV. Bull. 58. de qua in ver. *Notarij*, & illud erit onus Ordinarii.

FAMILIARES, ET SERVITORES PRÆLATORUM.

Familiares, & servitores Prælatorum, salaria pro biennio tantum petere possunt, & infra annum à die mortis obitus illorum, Paul. III. Bull. 43. *que incipit, Cùm sicut*, & Pii V. Bull. 33. *que incipit, Cupientes*.

Familiares Papæ, qui dicantur, vide Bull. Paul. III. *que est 78, & 79*. ubi omnes, qui habent panem à Palatio, dicuntur veri familiares, & Bull. Jul. III. *que est 44, & incipit, Cupientes*, ubi etiam declarat ordinationem servandam in satisfaciendis creditoribus Prælatorum in Romana Curia decedentium.

Familiares Cardinalium qui dicantur, vide Gom. *in regula de impet. benef. per ob. sam. Car.*

Familiares Episcopi an gaudeant privilegio fori, dic, quod sic, & vide *sup. in ver. Episc. §. 23.*

FIDEI PROFESSIO.

Beneficiatus, qui tenetur facere fidei professionem juxta sacri Concilii dispositionem, *sess. 24. c. 12. ca. 18. sess. 25. c. 2. de reform.* potest illam facere per procuratorem. ita Nav. *conf. 11. nu. 2. de iur. jur.* sed Apostill. ibi dicit aliter censuisse sacram Congr.

FUSTIGATIO.

Primò si aliquis Ecclesiasticus condemnatur ad fustigandum, vel ad triremes, & fustigetur, & remiget, an per hoc censeatur irregularis?

Respondetur, quòd si delictum fuit verum, ob quod fuit condemnatus, fustigatus, & remigans, est irregularis in utroque foro, si verò ex falsis testibus, vel vi tormentorum ob delictum, quod non fecerat, fuit condemnatus, est quidem irregularis in foro exteriori; secus verò in interiori: ita consuluit Navar. *consil. 17. de heret. & consil. 7. facit capit. tantis Daniel, & 1. dist. c. omnipotens. de accus. quia ictus fustium inducunt infamiam, Lictus fustium, ff. de his qui not. infam. & c. infamib. de reg. jur. lib. 6. clauduntur januæ dignitarum.*

Secundò, an clerici possunt verberari, vel fustigari?

Respondetur, quòd sic, si ita exoptulatur suum delictum, Clar. *q. 70. ver. etiam pœna*. sed non multum videtur in usu, licet intra palatium posset hoc fieri. Host. *in sum. tit. de cler. percuss. §. in quo, c. & in alio loco melius.*

FESTA.

F E S T A.

Primò, Festum Visitationis beatæ Virginis quando fuit institutum, vide Bon. IX. Bull. 1. vide Illustrissimum Cardinalem Baronium in Martyrologio.

Secundò, de festo sanctissimi Corporis Christi, ejus celebratione, & indulgentiis, vide Mart. V. Bull. 6. quæ incipit, *Ineffabile*, & Eugen. IV. Bulla 4. quæ incipit, *Excellentissimum*.

Tertiò, an Episcopus possit inducere festa quæcunque voluerit populo servanda?

Respondetur, quòd si nova, vel vetera, quæ omissa fuerant, voluerit populo indicere, debet habere populum laudantem, id est, consensum illius, Navar. *conf. 6. num. 31. de constitut.* ita etiam de jejuniis, & ita ego consului in *Cons. provinciali Amalphan.*

G A B E L L A.

Clericus vendens bona, quæ faciunt in rebus suis, si vendit ea in territorio suo, non tenetur portorium, seu gabellas solvere, licet sint impositæ in eoterritorio juridicè: similiter si mittit ea dono extra territorium, non tenetur solvere gabellas, fallit si causa negotiationis, Nav. *conf. 4. nu. 3. de immunit. Eccles.*

* * *

* * *

G R Æ C I.

Primò, Græci subiecti sunt jurisdictioni Ordinariorum, in concernentibus Dei cultum, Sacramentorum administrationem, animarum salutem, & hæresum extirpationem. Pius IV. Bull. 97. quæ incipit, *Romanus*, de eorum unione cum Ecclesia Latina, vide Eugen. IV. Bull. 5. quæ incipit, *Letentur*; licentiam celebrandi datam ipsis Græcis revocavit Pius V. Bull. 17. quæ incipit, *Providentia*.

Secundò, Latini non possunt celebrare Græco ritu Missas, & alia divina officia, Pius V. Bull. 17. quæ incipit, *Providentia*, nec econtrà, id est Græci non possunt ritu Latino celebrare Missas, vel divina officia, Greg. XIII. Bull. 48. quæ incipit, *Apostolica*.

H O R Æ C A N O N I C Æ.

Episcopus potest etiam sub pena excommunicationis latae sententiæ præcipere clericis, ut adsint Horis Canonicis, in casu notabilis negligentiae, Host. in *sum. tit. de sent. exc. 9. quis valeat*.

H Æ R E T I C I.

Primò, Hæreticos inquisitos non potest Episcopus torquere, nec ad diffinitivam contra eos procedere, nisi consultatis Inquisitoribus, Nav. *conf. 1. de hæret. nu. 3.* & praxis est, fabricato processu informatorio, consulere Illu-

K 3

striffi.

striffimum Cardinalem Præfectum officio sanctæ Inquisitionis, & exinde expectare responsum, & ita vidi prædicari, & practicari.

Secundò, hæreticorum libros legens non incurrit excommunicationem latam in Bulla Cœnæ Domini, contra hæreticos, sed incurrit excommunicationem latam contra legentes libros hæreticorum sine licentia Sedis Apostolicæ, Nav. *conf. 5. nu. 1. loc. cit.* sed in clausula Bullæ Cœnæ Domini excommunicantur Papali excom. verùm Navar. potest intelligi, quando ex curiositate, non malo animo, prout in *pract. mea penit. cap. 21. q. 20.*

Tertiò, hæreticalia verba, vel malè sonantia, etiam facetè & jocosè dicta, potest cognoscere, & castigare Episcopus, prout exemplificat Navar. *consil. 8. loc. cit.*

Quartò, an Episcopus vigore *cap. 6. sess. 24. Concil. Trident.* possit absolvere ab hæresi occulta, vel casibus reservatis à summo Pontifice, etiam in Bulla Cœnæ Domini?

Respondetur, quòd aliqui dixerunt per Bull. Cœnæ Domini esse derogatum dicto decreto, ut est videre in *pract. mea penit. cap. 22. quest. 4.* tamen dico, quòd potest à casibus Bullæ occultis absolvere Episcopus, & licet de hæresi occulta videatur dubitare, Navar. *consil. 10. num. 2. ver. ad secundam*, tamen, quia, ut ipse ait sic sacram Congreg. censuisse, & ego vidi dictam declarationem, tamen succedente casu, dico, & ipse etiam tenet, quòd posset Episcopus, quod etiam confirmat ex his,

quæ dicit in *conf. 11.* ubi tenet, quòd hanc absolvendi facultatem possit Episcopus concedere suo Vicario generali, & particulari concessione, vide in *d. pract. mea penit. loc. cit. & superius in ver. absolutio, §. 8. & pract. penit. cap. 15. qu. 19.*

HOMICIDA.

Primò, homicida, an sit ipso jure privatus beneficio? Respondetur, quòd non, ut patet in *ver. privatio, & juribus vulgatis, Cap. Tolol. qu. 207.* si verò homicidium præcedat collationem beneficii, collatio est nulla, quia fit personæ inhabili, *c. fin. de temp. ord. Conc. Trid. sess. 14. c. 1. de reform. & dicitur in ver. resignatio, §. 2.*

Secundò, homicidæ, & delicta, pro quibus præda sanguinis venit imponenda, non audiuntur, nisi in carceribus constituti. Pius IV. *Bull. 68. quæ incipit, & si justa, Jul. II. Bull. 11.*

Tertiò, homicida non potest ad locum delicti accedere, nisi prius habuerit pacem hæredum occisi, Pius IV. *Bull. 80.*

IMMUNITAS ECCLESIASTICA.

Prætor extrahens hominem malefactorem ab Ecclesia, tenetur eundem in eandem Ecclesiam restituere, alioquin punitur pœnis impostis contra violantes ecclesiasticam immunitatem, Nav. *conf. 1. de immun. Eccles. imò de jure civili imponitur pœna ultimi supplicii, Azo. in sum. lib. 1. cod. rub. 15. nu. 2.*

IN-

INCESTUS.

Incestum committens, tam in muliere, quàm in homine, quomodo puniatur, vide Clar. §. incestus, ver. sed quero, quæ sit pœna, ubi habetur, quòd mulier quædam fuit fustigata, quædam pecunia mulctata, quidam ad triremes condemnatus.

INCOMPATIBILITAS.

Primò, incompatibilia beneficia, quæ dicuntur, vide Rebuff. de dispensat. at. in ver. incompatibilia, à nu. 1. & infra. vide in ver. parochia, §. 4. & in ver. canonica, §. 6. Staphyl. de lit. grat. f. 73. num. 9. Selua tract. de benef. qu. 39. p. 3.

Secundò, duobus modis potest dici incompatibilitas, primò, ratione sufficientiæ, & sic habere plura beneficia, etiàm simplicia, non licet sine peccato, si unum tantùm est sufficiens, ita D. Hier. in c. 1. 44. dist. Selu. loc. cit. Conc. Trid. sess. 24. c. 17. de reform. secundò, residentiæ, ut duos canonicatus, duas parochiales, duas præbendas, duas capellanias, & quæcunque beneficia, & requirementia residentiæ de jure statuto, consuetudine, legato, Staph. nu. 73. nu. 2. & 9.

INGRESSUS RELIGIONIS.

Quando jura loquuntur de ingressu Religionis, prout Bul. Pii V. 50. de admitt. resign. & alia quàm plurima jura, de quo ingressu loquuntur, de

ingressu monasterii solùm, absque susceptione habitus, vel de habitus susceptione, absque professione, vel de professione?

Respondetur, quoad primum, Nav. conf. 6. de regul. quòd incurritur excommunicatio, prout sess. 25. ca. 18. de reg. quoad secundum & tertium, intelligi debet vacare beneficium, prout in cap. si annum, de regul. lib. 6. cætera vide in ver. possessio, & in ver. monac. & in ver. Regularis.

INJURIA.

Primò, pro injuria facta Ecclesiæ, vel Episcopo, vel personæ ecclesiasticæ, judex potest procedere ex officio, ut in l. si quis in hoc genus, per Bal. capit. de Episc. & cler. facit, ca. si quis deinceps, 17. qu. 4. Afflic. in const. num. 50.

Secundò, injuria potest fieri duobus modis, & dicit Clarus in §. injuria. sed ego addo tertium, nempe verbis, factis, id est, percussione, & scripto, ut libellis famosis, prout dictum est in 1. p. in ver. libellus famosus, vel literis, vel cantilenis, & de pœnis injuriarum, vide Clar. loc. cit.

INQUISITORES.

Inquisitores generales possunt procedere contra maleficas, incantatores, & superstitionum observatores, Alex. VI. Bull. 12. Adria. VI. Bull. 5. etiam contra prælatos hæreticos, & hæreticorum fautores, Pius IV. Bul. 84. & possunt legere, & tenere libros prohibitos, & a-

& aliis licentiam dare, idem *Bull.* 108.
nec syndicantur, *Inn. IV. Bull.* 3.

IRREGULARITAS:

Primò, quia dictum est Episcopum posse dispensare super irregularitate occulta (excepta, &c.) Dubitatur primò, an dicatur occulta, si presbyter alias excommunicatus, celebrat coram aliquibus, eam excommunicationem ignorantibus: secundò, an si auditores ipsi sciunt talem presbyterum esse excommunicatum, sed nesciunt, quòd celebrando cum tali censura, sit irregularis: tertio, & si sciunt utrumque, tamen sunt duo, vel tres tantum, vel quatuor, sit irregularis?

Respondetur, quòd in nullo istorum trium casuum potest dici publica irregularitas, & consequenter posse Episcopum cum illo dispensare, per *d. ca. liceat*, ita *Navar. conf. 2. de cler. non ordin. min. & in Manua. capit. 27. num. 250.* imò etiam si esset coram quatuor, vel quinque personis, ut probavimus in *ver. Excommunicatio, de cau. for. dub. 6.*

Secundò, quia dictum est clericum accipientem aliquod Sacramentum cum aliqua censura ecclesiastica, effici irregularem, an hoc sit verum in omni Sacramento; nam si hoc esset verum, sequeretur, quòd aliquis sciens, vel scire debens, se excommunicatum, & confirmaretur, confiteretur, communicaret, contraheret matrimonium, vel acciperet extremam Unctionem, efficeretur irregularis,

Respondetur primò, quòd solum in Sacramento Ordinis, i. exercendo actus ordinis peculiaris, non in aliis, imò in Sacramento ordinis, si non esset excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus, non efficeretur irregularis; tertio, sed si ordinaretur, vel antea etatem, vel sine dimissoriis, vel titulo, vel extra tempora, solum efficeretur irregularis in ordine presbyteri, non autem in aliis duobus sacris ordinibus, quia in his solum esset suspensus: quartò, & in minoribus, neque suspensus: ratio est, quia in ordine presbyteratus accipit & conficit, accipiendo fit suspensus, conficiendo irregularis, in duobus solum suspenditur, sed si exercuerit illos, efficitur irregularis: quintò, in minoribus non suspenditur de jure, nisi ob *Bullam Sixti V.* sed quia ista est jam revocata, per *Greg. XIII.* ideo non fiunt neque suspensi, neque irregulares, etiam si exercuerint, *Nav. conf. 3. de cler. excom. celebr. oppositum dicitur in 3. p. in ver. dimissoria*, quoad ordinantem; incurrit enim ordinans ordinando aliquem, etiam in prima censura sine literis, sive inferioris, *ca. fin. de temp. ordin. lib. 6.* hoc fallit, quando innodatus aliqua censura ecclesiastica, exerceret actum peculiarem ordini minori, quia tunc esset irregularis, prout dictum est in *ver. dimissoria, s. secundo*, & hoc quando ut clericus, & non ut laicus, sed incurrit excommunicationem, & efficitur irregularis, qui accipit ordines simoniacè, *Nav. conf. 97. nu. 10. de simon. & in Manua. ca. 23. n. 3. ver. at u,* ubi ait, quòd ordinatus simoniacè non solum

solum est suspensus, sed excommunicatus ipso jure, & excommunicatio est reservata Papæ per *Extravag. secunda, de simon. & capit. tanta, de simon.* ut ibi dicit Inn. hoc intellige, si esset publica, secus si occulta, per capitulum liceat, imò simonia in beneficio parit solum excommunicationem, in ordine verò suspensionem, & excommunicationem, Nav. *loc. cit. notab. tertio, quarto, quinto, sexto, & septimo, Syl. ver. simonia, q. 19. Cov. in ca. alma mater. p. 2, num. 4, ver. caterarum.*

Tertio, an qui ordinatur per saltum, sit irregularis, *ca. 1. de cler. per. sal. ordin.*

Respondetur, quòd sic, *gl. in d. cap. in ver. de misericordia,* ubi Episcopus dispensat, sed si vult promoveri ad ordinem omisum, debet id secretò facere, & cum dispensatione Episcopi, alias si fieret publicè, non posset cum eo Episcopus dispensare, per *capitulum licet,* si verò exercuisset ordinem quem non habebat, esset irregularis, Nav. *consil. 3. nu. 4. de sacr. non iter. & indigeret Papali dispensatione, per capitulum, 1. de clerico, non ordin. celeb. & in Manua. ca. 28. n. 242.* sed ego dico quòd potest Episcopus etiam dispensare cum ipso, si esset occultum, per *d. ca. liceat,* & Nav. *loc. cit. utitur verbo, videtur, sed non certò asserit.*

Quartò, irregularis, vel suspensus, est inhabilis ad beneficia obtinenda, sed priùs obtenta non perdit, verùm fructibus non potest uti, nisi prout disponit *glos. in capit. cum Vintoniensis, in ver. admiserunt, de elect. & Covar. lib. 3. c. 13. num. 1. & numero 10, cum sequent.*

Prax. Episc. Pars II.

Diaz pract. crim. Can. cap. 122. & an idem sit de deposito solenniter, vel excommunicato, vide Covar. loc. cit. Fel. in c. ex parte, de accus. vide in ver. privatio, §. 1.

Quintò, non dicitur irregularitas publica, & consequenter indispensabilis ab Episcopo, per *c. liceat.* eo quòd socius meus confessus est me commisisse delictum, modò nihil contra me probatum sit, Navar. *conf. 2. de sent. & rejud.*

Sextò, irregularis non fit qui celebrat sine peccato, etiam si habet censuram ecclesiasticam, & putat se bene absolutum, & qui ministrat sacramentum in necessitate, vel ad evitandum magnum scandalum, Navar. *conf. 49. de sent. excommun. & dicam inferius, q. 9.*

Septimò, si aliquis est excommunicatus, & inciderit in irregularitatem, vel per illam, vel per aliam excommunicationem, vel censuram ecclesiasticam, vel ob aliqua alia, an possit absolvi ab excommunicatione, absque eo quòd dispensetur in irregularitate?

Respondetur, quòd sic, Nav. *conf. 50. n. 4. de sent. excom. & ratio est, quia in Jubilæis, & aliis gratiis, quibus datur facultas absolvendi à censuris ecclesiasticis, non datur regulariter potestas dispensandi super irregularitate, & tamen lucratur Jubilæum, vel indulgentiam, etiam cum irregularitate, & potest quis esse sanctus, & irregularis, modò sit sine peccato.*

Octavò, an irregularis, vel inhabilis ob aliquod crimen, sicut est inhabilis

ad

ad

ad beneficia obtinenda, ut patet *vulgaris*, & per fac. Cong: Tri: *ses.* 13. c. 7: *de res.* Cap. *dec.* 236: *par.* 2. sit etiam inhabilis ad pensionem, Nav. *conf.* 11: n. 2: *ver. ad secundum*, dicit quòd sic, per *text.* in c. *quam grave*, *de crim. fal.* & ita servari de stylo Curia, & Apostil. ibi dicit sic decrevisse Rotam.

Nond, an fiat irregularis, si quis esset excommunicatus, suspensus, vel interdictus, & celebraret vel administraret sacramenta in necessitate, vel ut evitaret aliquod grave scandalum?

Respondetur, quòd non, quia ad incurrendam irregularitatem hujus generis, requiritur contemptus, & hujusmodi non præsumitur adesse, quando adest necessitas, In. in c. *cum medicinalis*. n. 3: & 4: *de sent. exc.* & in c. *sicut*, in ult. *de coh. cler. & mul.* vide in *pract. mea pœnit.* q. 19: *ver. dico quarto*, c. 19.

Decimò, irregularis non est ipso jure inhabilis ad beneficia obtinenda, intellige simplicia, & quæ ordinem sacrum non requirunt, Caputaq. *dec.* 236. p. 2. nec homicida, nisi qui occiderit ex industria, Conc. Trid. *loc. c. si ff.* 14: c. 7: *de resor.* vide *superius*, *ver. dispensatio*, §. 3. Nav. *conf.* 45 n. 1. tamen communis est in contrarium, maximè quoad homicidam, Covar. ibi citatus.

Decimoprimum, an omnis irregularitas auferatur per ingressum Religionis.

Respondetur ex Nava. in *capit. non dicatis*, numero 61. quod solum tollitur illa, quæ oritur ex natalibus, putà illegitimas, contra gloss. in *capit. cum deputati de jud.* & ibi Anton, Sylvest. in

ver. irregularitas, §. *ultim.* dicit quod per ingressum religionis solum tollitur irregularitas, quæ contrahitur sine proprio delicto, ut in *capite primo*, *de fil. presbyt.*

Decimosecundò, an irretitus pluribus irregularitatibus indigeat pluribus dispensationibus.

Respondetur, quod sic, juxta *Addit.* Alex. de Nevo, Ab: in *cap. si celebrat*, *de cler. excom. celebr.* sed Nav. in *cap. 27. num.* 194. dicit sufficere unam tantum dispensationem, ex Innoc. quem citat: hoc tamen fallit, quando quis haberet plures irregularitates, & in impetratione dispensationis, vel beneficii faceret mentionem solum de una, quia tunc dispensatio & impetratio esset subreptitia, Nav: *conf.* 27: *de resor.* nempe si sunt plures irregularitates ortæ ex pluribus capitibus sive delictis, putà una ex homicidio, altera ex bigamia, altera ex mala ordinis exceptione. tunc bene dicit *Addit.* Alex. & Nav: in *d. consil.* sed quando essent multæ ex una causa ortæ, ut putà, quia excommunicatus pluries celebravit, tunc vera est opinio Ina. & Nav: prout in *consilio* 13: *de raptor.* num: 6: & *consil.* 15: & 16: *de cler. excommun. celebr.*

INSTITUTIO.

Quod tempus datur Ordinario ad instituendum præsentatum legitime ad jus patronatus?

Respondetur, quòd de jure communi, nullum, prout dixi in *ver. jus patronatus*, §. 8: *dub.* 3. tamen in parochialibus limi-

limitatum est spatium duorum mensium à die confessionis examinis, alioquin provisio & institutio devolvitur ad sedem Apostolicam, *Bul. Pii V. que est 32. & incipit, in conferendis.*

INSTRUMENTUM:

Primò, copia licet non faciat fidem, etiam quòd à pluribus Notariis esset confecta, *Dec. in Auth. si quis in aliquo, n. 8. de eden.* tamen Rota aliquando dat ei fidem concurrentibus pluribus adminiculis, *Caputaq. dec. 234. 1. par.*

Secundò, instrumentum productum non citata parte ad dicendum contrà, & si fuerit recognitum, non probat, *idem dec. 99. par. 2.*

Tertiò, instrumentum liquidum, seu in forma Camerae non meretur executionem, quando potest argui de falso, *idem dec. 274. par. 2.*

Quartò, instrumentum, etsi recognosci debeat, hoc tamen fallit, quando est rogatura septuaginta annorum, & maximè si est originale, *idem dec. 5. 3. p.*

Quintò, si instrumenta fuerint amissa, qualiter probetur jus emphyteuticum, per Dominum, an per emphyteutam: vide *Doct. in l. 2. numero 21. vers. decimoquarto, q. de jur. emphyt. & in l. si certis annis, in fine, de pactis.*

INTERDICTUM.

Primò, quæritur quid faciet confessarius inveniens poenitentem interdictum, vel nominatum, vel generaliter?

Respondetur primò, si interdictum est tantum personale, quòd nec potest eum absolvere, durante causa interdicti, vel interdicto, & tunc maximè, quando poenitens fuerit causa interdicti.

Dico secundò, quòd potest absolvi in articulo mortis, prout dictum est in *practica mea poenit. c. 15. q. 4* & sepeliri in loco sacro, etiam si fuisset nominatum interdictus, ita *Hof. l. 6. tit. 3. ar. 4.* ubi loquitur generaliter de omnibus peccatoribus & præcis ab Ecclesia, modò sint Ecclesie reconciliati, quòd fit per Sacramentum poenitentiae, & addo ego satisfacta parte læsa, *c. alma mater, de sent. excom. l. 6.* Dices, *Cl. 1. de sepult. & Doct. communiter dicunt, ut Pisana, & supplementum in ver. interdictum. 4. §. 3. & 11.* quòd licet interdictus moriatur cum poenitentia, non tamen est sepeliendus in loco sacro, sed extrà, & postea sublato interdicto sepeliatur in loco sacro?

Respondetur, quòd loquuntur, quando concurrunt duo, s. interdictum personale, & locale, sed quando solum personæ essent interdictæ, tunc morientes cum poenitentia, & præstita per hæredes idonea cautione de satisfaciendo parti læsæ, & parendo mandatis Ecclesie, si quid foret satisfaciendum, vel parendum, quòd possent sepeliri in loco sacro, *Cl. in Cl. 1. ver. interdictos, de sepul. facit c. parochianus, de sent. excom. & c. à nobis, il secundo, eo. tit. c. literis, de raptor. hoc clarè dicit Inn. in c. si. nu. 7. de exce. pral. adest ratio comunis, quia cui comunivimus vivo, & defuncto comunicare*

possumus, *c. sacris, de sepul. & Host. in sum. tit. de sepul. §: quib. interdicatur, n. 4, & c. sanè, 14, q. 2, Sym; de cath. Instit. 18, q. 9, c. ex parte, de verb. sig. sed isti communicatū est vivo ab Ecclesia per Sacramentum poenitentiae, ergo & in morte, ergo & in sepultura, & hic casus accidit in facto in terra Montis Fusculli, anno 1593. de mense Augusti, ubi cives erant tantummodo interdicti, & ita ego consului, cum fuerim rogatus.*

Secundò quæritur, quid si durante interdicto locali, vel personali homo interdictus moriatur, & de facto sepeliatur in loco sacro, præcedente poenitentia in eo, an sit ab Ecclesia exhemandus?

Respondetur negativè, patet regula vulgata, multa facta tenent, &c. vide Sylv. *ver. interdictum, §. 8: Pisa, & supplementum, eo. ver. 4 & 3. Innoc. in d. c. fin. ver. 7. de excess. prelat.*

Tertiò, quæritur an clerici, qui sepelirent hunc hominem interdictum, de facto sint excommunicati?

Respondetur primò, quòd sic, si scienter hoc fecerint. *Cle. 1. de sepul. Sylv. in ver. sic sepultura, §. 11. & ver. excommunicatio, 3, §. 5. Nav. c. 17. n. 137. notab. 34.*

Dico secundò, quòd si solemniter illum sepelissent in loco sacro, vel non hominem interdictum in loco interdicto, essent irregulares, solemniter intelligitur quando cum officio processionaliter, & pompa exequiali, Sylv. *in ver. interdictum, §. 8, ver. secundum, vide in c. alma mater, de sent. exc. l. 6: & ibi Doct. & præcipuè Covar. & c. fi. de cler.*

exc. celeb. & Nav. abundantius, conf. §. de sepul. vide in pract. mea pæn. 21. q. 17.

Quartò, inter dici non potest civitas, terra, universitas pro debito pecuniario, sine licentia Papæ. *Extravag. providè, Bonif. VIII. de sent. excom. prout dictum est in ver. interdictum, §. 6. etiam ex Clem. VII. Bul. 35. sed an hoc locum habeat in debito loci particularis, vide Covar. in c. alma mater, 2: p. §. 1. n. 5. & quæ differentia sit inter interdictum, & cessationem à divinis, vide ibidem, §. 2. & Paul. Rom. *tr. act. de pension. q. 8: n. 18: & breviter ea est, quòd in interdicto celebrans fit irregularis, in cessatione à divinis celebrans non efficitur irregularis, c. si canonici, de off. ord. lib. 6.**

Quintò, interdicto clero censentur interdicti regulares etiam conversi, *Cald. in c. ult. de excess. prelat. Cov. in c. alma mater, 2: p. §. 1: n. 8: ver. §. similiter interdicta cathedrali Ecclesia canonici ipsius possunt extra eam solemniter celebrare. Card. in d. c. ult. Covar. loc. cit. ver. 6. Sylv. in ver. interdictum, 2: §. 8.*

INVENTARIUM.

PIUS V. *Bul. 124: quæ incipit: Nunciis,* præcipit Episcopis, & eorum superioribus, ut quotannis inventarium actorum criminalium conficere, & custodire teneantur, quia cathedralibus præfule viduatis Vicarii à capitulis constituti, gratia, timore, odio, vel sordibus quas volunt inquisitiones, & testimonia rerum, causarum criminalium, violant, surripiunt, & lacerant, ne

ne delictorum cognitio, vel vindicta à successore pœnam quis consequatur, an Episcopus teneatur facere inventarium rerum omnium Ecclesiæ suæ, disputat Covar. in c. 1. num. 9. de testam. & tandem concludit, quod non, tamen hoc fallit in visitatione, prout dictum est in ver. visitatio, ubi fit inventarium omnium beneficiorum, reddituum, & mensæ Episcopalis, & jurisdictionis.

JUDÆI, SEU INFIDELES.

Primò Judæi, seu infideles, se convertentes ad fidem, non amittunt eorum bona, Paul. III. Bul. 29. similiter Judæi immobilia Christianis vendere debent, Pius IV. Bul. 5.

Secundò, Judæi non possunt habere nutrices, neque servientes Christianos, Innoc. IV. Bul. 1.

Tertiò, Judæis est prædicanda fides, & conversi benignè suscipiendi, Nicen. III. Bul. 1.

Quartò, Judæorum privilegia, & indulta, vide Jul. III. Bul. 15: quæ incipit: *Vniversis*, & Paul. III. Bul. 29. quæ incipit, *Cupientes*.

Quintò, Judæi Medici vel infideles ad Christianorum curam non admittantur, Gregor. XIII. Bul. 71: quæ incipit: *Alias pie*.

Sextò, de blasphemia, & flagitiis Judæorum, pro quibus inquisitores omnes hæreticæ pravitate contra eos procedere possint, vide Greg. XIII. Bul. 73: quæ incipit, *Antiqua*.

Septimò, Judæorum, neophytorum, & infidelium, ad Catholicam fidem

converforum indulta, ac privilegia, & ordinationes circa eorum vivendi modum, vide Bull. Paul. III. 29: & 34: Jul. III. Bul. 18: Paul. IV. Bul. 18: & 24: Pii IV. Bul. 2: & 6: Pii V. Bul. 25.

Ostavo, Judæi prohibentur tenere libros Thalmuti, & alios, in quibus nomen JESU Salvatoris nostri, cum blasphemis, aut aliis ignominiosè nominatur. Jul. III. Bul. 46: quæ incipit, *Vniversis*.

Nonò, Judæorum causæ ad Vicarium Papæ pertinent in Urbe, idem Bul. 59: quæ incipit: *Cum sicut*, fallit quoad Judæos bancharios, quorum causæ, circa capitula banchariorum, spectant ad Camerarium Urbis. Greg. XIII. Bul. 43: quæ incipit, *Cum sicut accepimus*.

INDULGENTIA.

Multa in prima parte, & superius, in ver. *Annus Sanctus*, hic pauca pro quotidiana praxi breviter, cætera habebis in tractatu peculiari edendo (adjuvante illa divina clementia, cui est sempiterna laus) eo tempore, quo in alma Urbe inchoabitur celebrari Annus sanctus, Annus Jubilæus, in quo aperietur porta Ecclesiæ thesauri Christi fidelibus, verè pœnitentibus, à S. Domino nostro Clemente VIII. sicuti post osculum sacrorum pedum, licentiam petens à Sanctitate sua eundi gratia ad residentiam mei Episcopatus Minorensis, vesperi die Mercurii, quæ fuit decimaquinta Januarii 1597. hariolatus sum, dicens: Pater Sancte, redibo ad hos sanctos pedes, divina gratia,

tia, anno Sancto, respondit ille Sanctissimus, Rogate Deum pro nobis.

Primò, quid sit? Est potestas spiritalis dispensandi Ecclesiæ thesauri Christi fidelibus verè poenitentibus.

Secundò, quæ requirantur ad indulgentiam? Respondetur, quòd quatuor, primò, auctoritas in concedendo, secundò, charitas in suscipiendo, tertio, pietas in erogando, quartò & ultimò, operis propter quod conceditur, satisfactio, D. Th. in addit. 3. p. quæst. 25. ar. 1. Sot. 4. sent. d. 2. ar. 2. in fi. Sylv. in ver. indulgentia, q. 3.

Tertio, qua hora, seu diei hora incipit lucrari indulgentias? Respondetur, quoad Indulgentias ordinarias non perpetuas, dictum est *superius*, in ver. dies, quoad perpetuas, semper qualibet hora: quoad annum Jubilæi, à primis vespers inclusivè, ita Nav. de Jubil. & Indulg. Greg. XIII. super verba, à primis vespers, numero 36.

Quartò, quæ differentia sit inter verba illa solita apponi, videlicet, Indulgentia plenaria, & remissio omnium peccatorum? vide *superius* ver. Annus Sanctus, nunc verò dicitur, quòd plus est dicere, Indulgentiam omnium peccatorum, quàm Indulgentiam plenariam simpliciter, quia primum dicit plenissimam, secundum verò non:

Quintò, quid intelligitur per Indulgentiam ad instar Indulgentiarum Anni Jubilæi? Respondetur, quòd ad instar, plenissima, aliæ verò non, Nav. loc. cit. notab. 26. & notab. 6. nu. 15.

Sextò, si alicui concedatur, ut si faciat tale quid, vel visitaverit talem lo-

cum, sit ei licitum lucrari Indulgentiarum Stationum Romanarum, vel alterius loci sui, an lucratur omnes Indulgentias prædictas? Respondetur, quòd non lucratur plenas, seu plenarias, sed tantum alias. Navar. loc. cit. notab. 9. numero 16.

Septimò, si alicui loco conceditur Indulgentia perpetua, vel ad certum tempus, an lucratur toties quoties, id est, qualibet hora visitando, ut visitare dictam Ecclesiam vigesies in die? Respondetur, quòd solum quolibet anno, vel mense, vel die, non autem qualibet hora, Palud. 4. sent. distinct. 20. q. 4. colum. 1. Nava. loc. cit. notab. 15. num. 19. secus de Indulgentia quæ conceditur certo loco pro una die, quia tunc lucratur semel tantum. Tabien. ver. Indulgentia, S. 3. D. Th. 4. sent. distinct. 20. idem Navar. notab. 31. numer. 36.

Octavò, in concessione Indulgentiarum an requiratur causa? Respondetur, quòd sic, & si nulla esset causa, nulla esset indulgentia, quod probat Nava. loc. cit. notab. 15. per totum.

Nonò, an indulgentia lucratur ab existente in peccato mortali? Respondetur, quòd non, nec pro pœna debita peccatorum remissorum, nec pro tempore quando redierit in gratiam, Nav. not. 17.

Decimò, quando imponitur aliquid faciendum in Indulgentia, & id non fit, an lucratur? Respondetur, quòd non, etiamsi id fieri desinat ob paupertatem, vel impotentiam, nisi aliter dicitur, ut in Jubilæis solet dici de carceratis, infirmis, navigantibus, monialibus,

libus, prægnantibus, D. Th. in *Addit.* 2. p. 27. ar. 2. Sot. loc. cit. q. 2. ar. 3. Nav. notab. 19. num. 4. & notab. 35. num. 3.

Decimoprimum, an prælati inferiores à Papa possint concedere Indulgentias plenarias? Respondetur, quòd non, Sylv. in ver. *Indulgentia*, n. 11. Nav. not. 22. nu. 4. & notab. 31. n. 1. Abbas in sermo. super Concil. Basiliens.

Decimosecundo, quot dies poterunt concedere cæteri prælati? Respondetur, quòd Legati, Patriarchæ, Primitates, Archiepiscopi, Episcopi quadraginta dies intra suos terminos jurisdictionis, facit cap. 2. de constit. libro 6. cap. cum ex eo, & cap. cum nostro, de penit. & remiss. Card. in Clem. 2. eod. tit. & hoc si solum sunt electi, & confirmati, licet nondum sint presbyteri. c. transmissa, de elect. Capitulum, Sede vacante, Vicarii Generales, Episcopi, Abbates, habentes jura Episcopalia, sed Cardinales, centum dierum, Nav. loc. cit. num. 17. hoc tamen fallit in dedicatione Ecclesiæ, nam tunc Episcopi possunt concedere centum dies, d. cap. cum ex eo, ver. decernimus, & d. c. cum nostro, de penit. & remiss. & in foro conscientie possunt concedere plures annos, Inn. in d. c. cum ex eo, in fine, ubi dicit, quòd in foro penitentiali possunt annos, & dies, dummodo discretè faciant, quia licet restrictio sit facta in Indulgentiis, quæ sunt publicè, non tamen in foro penitentiali, & Gem. in c. Indulgentia, de pen. & remiss. li. 6. & ibi Jo. Ang. Syl. loc. cit. num. 11. ver. secundum.

Decimotertio, an possint prælati concedere Indulgentias non suis sub-

ditis? Respondetur, quòd non, d. c. animarum, de const. lib. 6. c. quòd autem, de pen. & remiss. & d. c. cum ex eo, si tamen Episcopis concedit Indulgentiam in suo Episcopatu, vel dicecesi, omnes, qui tunc sunt præsentis, eam lucentur, etiam exteri, cap. si. de sor. comp. Ang. Sylv. Allensis, lib. 5. tit. 40. num. 5.

Decimoquarto, an Indulgentia absolvat à culpa, & pœna? Respondetur, quòd non à culpa, quia hoc solum est Dei, Isa. c. 41. non à pœna, sed dicitur solvere à culpa, provocativè, sive excitativè, quia homo ad lucranda indulgentiam, saltem conteritur, & aliquando confitetur peccata sua, provocatus & excitatus à lucro indulgentiarum, juxta illud, *inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas*: propter retributionem, dicitur solvere à pœna, quia dat sibi, ut debitum solvat, ita D. Th. in add. 3. p. q. 25. ar. 1. ad secundum, & ita intelliguntur aliqua loca, ubi dicitur, quòd Indulgentia absolvit à culpa, & pœna.

Decimoquinto, an existens in peccato mortali possit lucrari Indulgentias pro animabus fidelium defunctorum existentium in purgatorio per modum suffragii, id est auxilii? Respondetur, quòd sic, ita Jo. Chrysostr. homil. 22. in c. 8. Matth. Host. in sum. tit. de remis. §. si. propè finem, facit c. sciscitantibus, 15. q. 8. c. pro obeuntibus. 13. q. 2. Jo. Damasc. in sermo. de mortuis, August. de Anthona. lib. de potestate Papæ, 1. p. q. 32. ar. 2. Navarr. c. fin. de penit. dist. 4. Florent. sent. tract. de Indulgent. art. 3. difficul. 1. & art. 2.

artic. 2: difficul. 4: conclus. ult. D. Thom. loc. cit. Soc. 4: sent. dist. 45: q. 7: ar. 1: vide in pract. mea penit. c. 25. quest. 24.

Hæc breviter, cætera habebis, prout dictum est supra, si Deus benedictus concedet.

JURA EPISCOPALIA.

Iura Episcopalia sunt in duplici genere, quædam sunt de lege diœcesis, ut perceptio cathedralis debita, pars oblationum, decimarum, mortuorum, & alia quæ per extensum narrat Innoc. in c. Theodosius, de stat. monach. n. 2: quædam sunt de lege jurisdictionis, ut causas audire, & omnia quæ ad Judicem pertinent, collatio Sacramentorum, visitatio, ordinatio, correctio, inquisitio, excommunicare, interdicare, statuta facere, conferre beneficia, institutio & alia multa, prout Innoc. loc. cit. & c. 1: de off. ord.

JURAMENTI ABSOLUTIO.

Quia dictum est ex communi opinione, & stylo curiarum, in iuramenti absolute, seu potius habilitatione, non requiri partis citationem, hoc tamen fallit, quando petitur absolutio, seu habilitatio à perjurio incurso, puta, quis promisit solvere cum iuramento centum alicui pro die vigesimo quinto Augusti, illo die transacto sit perjurus, si petit absolvi, seu habilitari à iuramento, præterens aliquam exceptionem, talis absolutio, seu habilitatio, non est danda parte non citata,

ita concludit Feder. de Senis, consi. 301. Anch. consi. 193: nec sufficit in hoc, si qui juraverit, dicat, se fuisse enormiter læsum, quia in tali casu læsio non sufficit, & ita dicit fuisse decisum in Rota, Gom. de brev. numer. 49. Dices, quod si pars citata comparens, dicat, non debere absolvi, vel habilitari perjurium, sed condemnari sibi ad solvendum, quod promisit, dico quod potest perjurus condemnari, ut solvat, qui tenetur solvere jure obligationis, & postea repetere poterit jure læsionis, vel alias, gl. in cap. debitores, in ver. cogendi sunt, juxta finem, de jurejur. sed quod dicitur, non debere dari habilitationem in enormi læsione, hoc non videtur satis dictum, cum etiam in gravissima, & enormissima læsione, etiam si non sit ultra dimidiam, datur actio, l. 2: de rescind. vend. cap. cum dilectus, de empr. & vendit. Covar. lib. 2: c. 3: n. 8: & c. 4: n. 5: var: resol.

INQUISITIO.

Primò, quia tripliciter potest iudex procedere contra delinquentes regulariter, s. primò per accusationem, prout in c. qualiter & quando, cum aliis, de accusat. secundò, per denunciationem, c. super his: tertio, per inquisitionem sive ex officio, c. inquisitionis, eod. rit. Host. in sum. in tribus titulis, videlicet de accusatione, denunciatione, & inquisitione, Diaz. c. 1: pract. cri. can. ideo quando iudex procedit per viam inquisitionis, debet esse cautus, quia non debet incipere, nisi præcedat infamia, clamor,

clamor, diffamatio apud bonas & graves personas, quia sæpè à calumniatoribus, malevolis, vel inimicis potest oriri, & fama debet esse tanta, quòd non possit sine scandalo tolerari, Host: tit: de inquisit: §: quomodo procedatur, num: 4. ubi etiam addit, quòd non ad primam infamiam iudex moveri debet, nec si duo, vel tres juraverint, se vidisse aliquem committere aliquid, vide Cajet: 2, 2, q. 69, ar: 2, c. cum oporteat, de accu.

Secundò, si Iudex vellet inquirere contra aliquem, & ille obstarè, dicens, ne procedas contra me per viam inquisitionis, sed da terminum accusatoribus, accusent, quid agendum est Iudici? Respondetur, quòd non tenetur stare ejus dicto, Host. loc. cit: num: 7.

Tertiò, an Ordinarius possit procedere ad inquisitionem, infamia non præcedente, prout dictum est superius, §. II.

Respondetur, Archid: & Gem: in c. non est, ver: quero an Ordinarius, de consuetud: lib: 6. quod aut ad finem, ut subditus emendet peccatum, & pœnitentiam agat, & tunc potest, aut ad finem ut eum removeat à dignitate, vel ad privationem, & tunc non potest, & hoc videtur etiam habere Host. in c. 1. de off: ord. facit pro his quæ dixi in 1. p. in ver: visitatio, §: 5, ver: primum dubium.

JUS CATHEDRATICUM SIVE SYNODATICUM.

Primò, Jus cathedra-
ticum, sive synodaticum, unde ortum habuit, &
Rax. Episc. Pars II.

quare debeat Episcopo, vide in ca. placuit, 11, q. 3. & c. priscus, & ibi gl: quia antiquitùs contingebat Episcopo tertia pars oblationum, quæ fiebant in Ecclesiis, c. de his, & seqq: 11, qu: 1. postea verò ista tertia commutata fuit in jus cathedra-
ticum, sive synodaticum, in Conc: Brachar. prout d: ca: placuit, hinc patet, posse tolli consuetudine, quia Reb: tract: de dispens: rat. et a. in ver: nec non debitis, num: 4. dicit, quòd illa tertia pars synodatici debebatur Episcopis, quia erant pauperes, & sic Archiepiscopo Beneventano, nunquam vidi dari hoc à presbyteris civitatis, sed solum à presbyteris diœcesis, Archiepiscopo Surrentino, à neutris, Amalphiæ, similiter nec Minori, & Neapoli unum scutum, seu quinque carlenos, vide Nava. conf: 3. de cens. sed quando Episcopi laborarent paupertate, sicut quòd dictum est de subsidio charitativo, quòd annuit Glo: in d: capit: de his, in ver: tertia, nec propter hoc ablatum est, ne Episcopi possint accipere partem aliquam oblationum, quæ fiunt in Ecclesiis, vel in die anniversarii dedicationis, vel sollemnioribus, ubi adest laudabilis consuetudo, ita §. cathedra-
ticum, 10, q. 3. sicut Minori in Ecclesia mea, in die translationis sanctæ Trofomenæ, die 13, Julii, vide Affl. in const. quòd cateris, nu: 36. vide infer: in ver: oblationes, §. 1. & si dices quòd ista sunt jura impræscriptibilia, ut hoc jus, procuratio, subsidium charitativum, & alia, de quibus Nico. Bal. tract: de præscrip. Respondetur, quòd possunt tolli consuetudine, licet non præscriptione,

M

pro-

prout dictum est *suprà in ver. consuetudo*. Dices, nec consuetudine, respondetur, quòd potest alia contraria consuetudine tolli: nam consuetudo una potest per aliam contrariam tolli, prout dictum est *in ver. confessor, & in pract. mea penit. ca. 15. q. 2.* vide Jo. de Selua *tract. de benef. 3. p. q. 36.* Nav. *in cap. placuit, ver. quæro tertio, de peni. dist. 3. Gl. in Extravag. execrabilis.* Joan: 22. *in ver. procuraciones, de præb. & dign. facit quod notat Jason in lib: jubemus, in fin. de transfact. ubi ait posse transigi super procuracione, quæ debetur visitanti.*

JUS PATRONATUS.

Primò, Jus patronatus quomodo non debeat concedi?

Respondetur, quod propter augmentum fructuum non debet concedi, Pius V. *Bul. 69: qua incipit, in sublimi,* nisi ex causa fundationis, vel dotationis, ita Sac. Conc: *Trid: sess: 25: c. 9: de refor. initio.*

Secundò, Jus patronatus, an possit permutari absque consensu patroni, vide *inferius, in ver: permutatio, seu resignatio, §. septima,* ubi habes, quòd sic.

Tertio, si cavetur in fundacione, ut tres cognati de familia præsentent, & tantum duo præsentant, & præsentatus dicat non extare alios, quàm duos prænominatos de dicta familia, satis est præsentato, & qui vult probare contrarium, ipse probet. *Ruin. cons: 187: col. 2: vol: 1: & cons: 144: col: fin. vol. 2. Caputaqu. dec. 364. p. 2.*

Quartò, collatio Ordinarii facta de

beneficio juris patronatus, patrono non præsentante, aut contradicente, valet. *Idem decis: 133: p. 1.*

Quintò, an possit donari absque consensu Episcopi, vel Papæ?

Respondetur, prout *sup. §. secunda, ver: 2.* & iste consensus potest accedere, & venire post donationem, idem *decis: 282: 1: p. & valet donatio juris patronatus facta compatrono absque consensu Episcopi, idem loco citat. & decis: 287. ex Lambert. & Roch. de Cur. in ver. competens, qu. 7.*

Sextò, si patroni sunt plures, si unus præsentat sine aliis, & præsentatus fuit institutus, & possessionem accepit, non ideo illi compatroni dicuntur privati eorum quasi possessione, *Federicus de Senis cons: 142. in ult. Abb: cons: 84. volumine primo, Caputaqu. decis: 292. par: 2. & 366. & 419.*

Septimò, quia dictum est *superius, §. secundo, ver. 5.* quòd donatio juris patronatus potest fieri compatrono sine consensu Episcopi, hoc tamen limita, quòd non filio compatroni, absque dicto consensu Episcopi, quia filius compatroni non est compatronus, modò dubitatur, si fiat donatio juris patronatus filio compatroni ab aliquo compatrono, cum consensu Episcopi, an ipse filius possit præsentare ad jus patronatus, vivente patre, vigore illius donationis sibi factæ ab alio compatrono.

Respondetur negativè, *Lamber. de ju. patr. Maran. sexta par. qu. princ. secunda. p. ver. quomodo si pater, Caputaqu. decis: 265. & 13. 1. p. 2.*

Octa-

Octavò, si patronus præsentat aliquem, & ille non prosequitur suam præsentationem, & institutionem, potest patronus alium præsentare. Nav. *conf. 12. n. 5. de simon.* etiam si lapsus esset tempus quadrimestris, vel semestris, quia negligentia præsentati non debet redundare in præjudicium patroni, ut sæpè dictum est *in hoc tract. & in ver. parochia.*

Nonò, si patronus habens litem super suo jure patronatus, etiam injustam, ut quia injustè molestatur ab aliquo, injustè prætendente, si præsentat aliquem in dicto jure patronatus, cum hoc pacto, ut ipse faciat expensas necessarias pro litigio?

Respondetur, quòd dicta præsentatio non valet, & est simoniaca, Navar. *conf. 12. de simon.* sed præsentatus cum pacto, quòd si præsentatus non prosequatur suam institutionem intra tale tempus, præsentans possit alium præsentare, non sapit simoniam, quia hic nullæ currunt expensæ pro litigio, idem loco citat.

Decimò, an concurrentibus duobus presbyteris ad beneficium curatum de jure patronatus, si ambo reperiuntur idonei, jus gratificandi spectet ad Episcopum, vel ad patronos?

Respondetur, quòd ad patronos, Sac. Concil. *sessio: vigesima quarta, capitulo decimo octavo, §. si verò,* ubi habentur hæc verba, *quem patronus digniorem inter probatos ab examinatore judicabit,* & hoc quando patronus esset clericus, id est, jus patronatus esset ec-

clesiasticum, quia si esset laicale, tunc Episcopus ex dignis eligit digniorem, ibidem *ver. cum verò,* & Nav. *conf. 5. de jur. patron.*

Decimoprimum, an jus patronatus vacans in Curia, indigeat derogatione, Staph. *in for. sign. num. 3. Cov. pract. q. ca. 36. num. 5. ver. primum,* dicunt, quòd non, Reb. *in 3. p. sign. in claus. jure patronatus, num. 20.* dicit, quòd sic, & ita ego sentio per rationem vulgatam, quia aliàs retraherentur à fundatione, & sic vidi observari in practica.

Decimosecundò, si quis fundavit Ecclesiam, eamque dotavit, & Episcopus non potest dare assensum absque causa, quid agendum, vide *in ver. Ecclesia. §. octavo.*

Decimotertiò, quia dictum est *in 1. par. dub. 28.* quòd fundans, vel dotans Ecclesiam de consensu Episcopi, ex quo acquirit sibi jus patronatus, quòd patronus possit sibi reservare aliquid super illo, pro recognitione patronatus, putà, cereum unum singulis annis, vel pensionem, vel censum, prout *in cap. quanto, de cens. Paul. Roma. tract. de pens. capitulo quarto, numero duodecimo,* hoc tamen intelligebat, ut fiat de consensu expresso Episcopi, aliàs patronus ille hoc sibi per se non posset reservare; similiter nec fundari jus patronatus cum hoc pacto, ut institutio illius spectet ad alium, quàm ad Episcopum diocesis, ubi situm est jus patronatus, nisi in hoc etiam accedat expressus consensus Episcopi: primum

probatur, quia jus patronatus dicitur utile, & honorificum: secundum etiam probatur, quia non potest disponere de jurib. Eccl. in præjudicium Episc. sed potest Episcopus hoc statuere ad petitionem ipsius patroni, Paul. Roman. loc. cit. c. ult. n. 6. Dices; hoc non potest facere Episcopus, quia vergit in detrimentum successorum Episcoporum? Respondetur, quod non, quia nec ipsi, nec successoribus adhuc est acquisitum jus, & patronus ille alias non fundasset, vel dotasset, nisi Episcopus à principio hoc ei concessisset, & alias retraheretur à fundatione, vide. Jo. de Selua prima par. q. 5, n. 281. ubi etiam concludit, posse acquiri jus patronatus ab eo, qui dotavit Ecclesiam, etiam post illius consecrationem, prout dictum est superius dub. 14, ver. ad tertium, ex doctrina Inn. quicquid dicat Staph. nec potest fundari in oratorium, vel Ecclesia de consensu Episcopi, cum pacto, ne Episcopus visitet illam, & ejus curam non habeat, etiam si in casu contrarii addat pænam, Cov. in c. tua, vers. si de testam.

Decimoquarto, hoc tamen omitto, quod si patronus posuit pensionem in dicto jure patronatus de consensu Episcopi, si deinde contigerit fructus extenuari, debet minui pensio imposita, si non potest subvenire necessitatibus Ecclesiæ, & ei servantibus, idem Paul. c. ult. n. 6. imò si pensio imposita est excessiva, potest minui officio Judicis, d. c. 4, num. 13.

Decimoquinto, nota quod hoc onus, quod sibi vult reservare patronus, de-

bet sibi reservare tempore donationis: nam si primò dotaret dotem simpliciter, & postea ex intervallo vellet, dum tradit dotem, apponere istam reservationem non posset, Gem: in c. generali, & ibi gl. in ver. fundatione, de elec. l. 6. ratio esse potest, quia Ecclesia semel libera fundata, non potest censuari, & servitutem recipere, ut patet vulgati.

L A I C I.

Primo, Laici possunt renunciando proprio foro, justè se submittere judici Ecclesiastico, & obligare se ad solvendum sub poena excommunicationis, etiam latæ sententiæ, Pan in c. p. & G. n. 6, de off. deleg. fallit in aliquibus regnis, ubi prohibetur, Nav. conf. 56, de sen. exc.

Secundò, laicus potest esse assessor, seu consultor Episcopi, Host: in Sum. tit. de arbitr. & in c. contingit, & ibi Fel: n. 4, Abb: in c. decernimus, n. 13, de judic. Gem: in c. 1, ver. sed dicit, de procur. lib. 6, & ibi gl. in ver. spiritualibus.

Tertio, Laicis an possit testificari contra clericum? Respondetur, quod sic, quando esset discretus, c. Petrus, de accus.

Quarto, Laici non possunt tractare causam clericorum, sine licentia Papæ, Pan. in c. Massana, n. 2, de elec. hoc intellige soli, secus si cum Vicario Episcopi, ut assessor, consultor, & auditor.

Quinto, Laici bannientes, seu relegantes, aut præscribentes personas Ecclesiasticas, excommunicantur per Bullam Urbani VI, quæ est secunda in ordine.

Sexto.

Sexto, Laici an, & quando possunt carcerari à iudice ecclesiastico, vide Cov. cum allegatis pract. q. c. 10, n. 2, & sup. in ver. casus mixtus, §. 3, & Gem: eleganter, in c. cum Episcopus, ver. sed quero an Episcopus, de offi. ord. lib: 6.

Septimo, laicus potest petere executionem legati à laico, coram iudice ecclesiastico, Cov. in c. relatum, il 2, de testam. in ult.

Octavo, an laicus possit puniri à iudice ecclesiastico pro percussione facta clerico, non solum quoad absolutiorem, sed quoad injuriam, & damnum? Respondetur, quod sic, quando querela defertur ad Ecclesiasticum, ita gloss. in capit. parochianus, in ult. de sent. excom: Cov. lib: 1, cap: 4, num. 8, variarum, Gomez tract. de brevib: num: 25.

Nono, laici subsunt iudici ecclesiastico, quando sunt detentores rerum ecclesiasticarum, vel ratione legatorum, Mar: 4, p. dist: 11, n. 6. & quando delinquant in Ecclesia, Affl. in const. multa leges, notab: 2, n. 6, in fine, & quando delinquant cum clerico, Maran: loc. cit. Cov: pract: q. c. 34, num: 1.

Decimo, laici sunt in triplici differentia, alii sunt Religiosi absque ulla professione, quidam sunt Religiosi cum professione, & habitu, qui vocantur conversi, quidam sunt mere laici, ut omnes homines viventes in saeculo de populo: primi gaudent privilegio canonis, & fori, dum actu serviunt monasterio, ut qui portant habitum religionis. licet curtum, seu brevem: secundi etiam gaudent, & multo magis, sed non sunt clerici: tertii nullo

pacto, vide tex: Gl: & Gem: in cap: ex eo, de elect. lib: 6. ubi etiam habes, an, & quando debeant, vel possint admitti ad actus, vel electiones superiorum, vel rerum concernentium monasterium, vel loca religiosa. Vide gl. in cap: 1, in ver: laicum, de proeur: lib 6.

LEGATUM.

Primo, aliquis moriens legavit centum cuidam capitulo, seu collegio, ut singulis annis celebrare habeat Missas pro anima sua, dubitatur, an canonici possint illa dividere inter se, an teneantur ea ponere in emptione alicujus annui census, ad hoc, ut & ipsi praesentes, & futuri gaudeant fructibus illorum?

Respondetur, quod non possunt dividere, sed facere emptionem; ratio est, quia fieret in praedictum successorum, prout vult Sac. Con. Trid: sess: 25, c. 11, de res: & videtur quaedam alienatio, & contra successores, per c. cum secundum Apostolum, prob. & contra jura 12. q. 2. Navar. conf. 8, nu. 3, de reb. Ecclesi. non alien. similiter relictum canonicis alicujus collegii, vel capituli, an possit dividi inter eos, & an aequaliter, vide Cov: in c. requisisti, n. 10, de testam.

Secundo, legatum ad pias causas, quod facit Episcopus morientium ab intestato, prout dictum est in ver. legatum, corroboratur illa consuetudo, per ea quae notat Affl. in const. de hinc secreti, a num. 5. ubi disputat, quoniam pacto fiscus succedit ab intestato laico morienti intestato, & multa alia, ergo

M. 3

si hoc

si hoc licet fisco, magis Episcopo, prout ibi, *num. 6. & 13.* dicit, quod Rex hujus Regni habet curam animarum defunctorum, imò magis Episcopus, qui est Judex spiritualis, & per omnia jura vocatur pater pauperum: facit quod notat Butr. in c. *Ioannes, de testam. & c. ultima voluntas, 1. questione secunda, Affl. in const. instrumentorum, rub. 12.*

Tertio, an legata pia debeantur, non obstante aliqua præteritione, caducitate, vel defectu? Respondetur, quòd sic, vide plenius Cap. Tolos. q. 334. & ibi Addit. & in q. 89, ubi multa Cov. in capitulo, nos quidem, in ultimo, de testam. & in c. relatum, il primo, num. 3. eod. tit.

Quarto, legata quando dicuntur ad pias causas? Respondetur, quando relinquuntur personæ pauperi, vel loco pio, vel pro refectione Ecclesiæ, vel monumenti, & generaliter quicquid relinquitur pro anima sua, Bald. in Marg. Innocent. in versic. testator, quest. 1.

Si pro virginibus maritandis, pupillis, viduis, peregrinis, senibus adjuvandis. Addit. ad q. 214. Cap. Tolos. Syl. in ver. legatum, 4. §. 4. Ang. in ver. legatum, 2. §. 3.

Quinto, quia dictum est Episcopum esse exequutorem piorum legatorum, petitur si laicus pro legato pio sibi facto possit convenire laicum coram iudice spirituali? Respondetur ex Cap. Tolos. q. 214. & allegat collectaneum in c. *Ioannes, de testam.* quod sic, & non solum ad Episcopum pertinet executio

ultimarum voluntatum, sed ad quemcunque prælatum Episcopalem jurisdictionem habentem, & ad capitulum sede vacante, Covar. in c. *Ioannes, num. 1. & 2. de testam.*

Sexto, legatum annuum factum nunquam præscribitur præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, l. *Stichum, §. stipulatio, ff. de ver. sign.* sed donatio, seu præstatio præscribitur spatio triginta, vel quadraginta annorum, l. *cum novissimi, §. in iis, c. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum,* similiter emphyteuta per triginta annos potest præscribere libertatem ab onere solvendi canonem, sive pensionem, tam præteritam, quàm futuram, vide Nav. conf. 4. de præscr.

Septimo, legatum aliqui dixerunt non posse fieri ab eo, qui non potest articulatè loqui, tamen oppositum est verius; nam potest fieri per nutus, & signa, Cov. in c. *cum tibi, n. 3. de testam.* licet hæredis institutio non possit fieri sine verborum expressione, idem ibidem, num. 4.

Octavo, legata ad pias causas potest cogere Episcopus sub pœna excommunicationis, & interdicti administrationis bonorum defuncti, ut hæres infra quinque, vel sex menses exequatur, c. *si hæres, de testam.* & si est negligens, cogitur in pœnam reddere legatum cum omni emolumento, quod ex eo potuit percipi à die mortis testatoris, Covar. in d. c. *si hæres, nu. 5. & ver. ceterum, & ver. hæres,* etiam si legata non sunt pia, ibi, n. 3.

Nonò, legatum factum alicui hospitali,

tali, pro alendis, vel cibandis, vel curandis pauperibus, vel factum presbyteris, pro officienda aliqua Ecclesia, an deficientibus pauperibus, vel diruto hospitali, vel Ecclesia, desinat legatum, vide in casu succedente, Gem. in c. licet ea non, ver. & pro hac deciditur, de elect. lib. 6. ubi disputat, an habitu, an actu, vel nihil, & sic in parochiali.

LEGATI APOSTOLICI.

Primo, Legati Apostolici sunt in triplici differentia, nati, destinati, & legati à latere, & concurrunt in collatione beneficiorum cum ordinariis, & datur locus præventioni, quando sunt à latere, & habent generalem facultatem, Franc. in ca. 1. col. si. de off. leg. lib. 6. Caputq. dec. 387. 1. par. & multa alia de potestate legati, vide Seluam 4. par. 9. tract. de benef.

Secundò, de potestate legati à latere super totam provinciam, etiam super exemptos, & si potest adiri per viam querelæ, vide Gem. in c. si abbatem, §. huiusmodi, de elect. lib. 6.

Tertiò, & quæ differentia sit inter tres istas species legatorum, vide text. glos. Doct. & Gemin. in ca. 1. ver. sed an legatus, de offic. leg. lib. 6. ubi habes bona pro practica occurrenti.

LIBRI.

Libros hæreticorum nemo potest tenere absque licentia Papæ, Nav. conf. 1. n. 75. de constit. neque quis potest eos tenere, etiam ut errores eorum noscat, & ut populum doceat, quia est excommunicatus; secus si inveniren-

tur in studio alicujus viri docti, sinceri, & pii, quia tunc non censetur eos tenuisse ex mala mente, & sic licet in foro exteriori daretur ansa interrogandi, cur eos tenuerit, tamen non potest capi suspectio de hæresi, Nav. conf. 6. de hæret.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Literarum Apostolicarum executionem impediens, sunt excommunicati, prout in Bulla Cœna Domini, ut pater in processu literarum ejusdem, hoc tamen intelligitur primò, quando impediuntur de facto, & non de jure, prout dictum est superius, in ver. contradictores, secundò, quando prohiberetur, ne intimentur: tertiò, vel ne eis fides habeatur, vel ne publicentur, unde qui stat in possessione alicujus beneficii, nolens relinquere illam ad præsentationem literarum Apostolicarum, ut quia putat juridicè possidere, non incurrit excommunicatione Bullæ Cœna Domini: similiter qui ab eis appellat, vel reclamat, unde si etiam in literis dicitur contradictores, &c. Gl. in c. pro illorū, in ver. contradictores, de prob. Staph. fol. 180. n. 7. & 197. n. 1. Nav. conf. 36; Rebuff. in for. nov. promis. in clau. contradictores: similiter literæ Apostolicæ veræ, si sunt saltem coloratæ, quia regulati modo fuerunt impetratæ, licet non sint penitus validæ, ut quia subreptitiè, vel obreptitiè impetratæ, tamen si opponatur eis de facto, inciditur in excommunicationem Bullæ Cœna Domini, Navar. conf. 40. de sent. excom. hoc fallit, nisi opponatur justum impedi-

mentum, ut si quis impetraret beneficium juris patronatus à Papa, sine derogatione, tunc potest per regios officiales impediri, Covar: c. 36, n. 9, pract: quest.

MALE ABLATA.

Malè ablatorum restitutio facienda relicta à testatore, potest fieri per hæredes, vel executores relictos ab ipso testatore, tamen cum consilio Episcopi, Covar: in c: nos quidem, n. 8, ver: secundò colligo, de testam. si verò non est datus executor, vel si qui est datus, suspectus est, tunc ad Episcopum pertinet, Host: in c. cum sit, de testam. & dictum est supra, in ver: Episcopus, §. 29.

MAGISTER CÆREMONIARUM.

Primò, an Magister cæremoniarum sit constituendus in qualibet cathedrali?

Secundò, quando incœperunt cæremonia?

Tertiò, à quo fuerunt instituta?

Quartò, ad quid deserviunt?

Quintò, quis eligendus?

Ad primum respondetur, quòd non solum est utilissimum, sed per necessarium, tum quia ita observat Ecclesia Romana, norma, & magistra omnium Ecclesiarum, & omnes cathedrales benè instituta, tum quia omnia, quæ sunt, à Deo ordinata sunt, ad Romanos cap: 13, Cantic: c. 2, Ordinavit in me charitatem, & Dion. Areopagita libro quarto

Cælest. Hierar. ipse namque magister cæremoniarum omnia ordinatè in divinis officiis disponit, velut Ecclesiastica Hierarchia cælesti æmuletur, ubi spiritus illi cælestes assistunt coram Deo, & Agno, mirabili cæremoniarum ordine, prout est videre apud Ezechielem, Isaiam, Danielelem, Apocalypf. Ignatium, & cæteros.

Ad secundum, in veteri Testamento, Exodi cap. 18. Deut. c. 4, 3, Reg. c. 2. in novo, Ioan: c. 11, Marci c. 7, Luca c. 22, 1. Timothi: cap: 2, Luc: cap: 18. & pluribus aliis locis brevitatis causa omissis.

Ad tertium, fuerunt instituta, & indicta à Deo, & à Christo, ab Apostolis, & sanctissimis Patribus ad honorem Dei, & ad utilitatem nostram, prout patebit Doctoribus infra citandis.

Ad quartum. Deserviunt primò ad excitandam nostram somnolentiam à mole corporali ad spiritualia: secundò, à visibilibus ad invisibilia: tertio, ad humiliandam nostram cervicem superbam, illis quippe instruimur, monemur, erudimur, illisque præparamur, & proficimus in gratia, & charitate, & veluti per gradus quosdam ad divina mysteria evehimur, ut capitis detectio, elevatio oculorum, extensio brachiorum, aperitio palmarum, prosternationes, manuum junctiones, genuflexiones, reverentia, curvationes cervicum, variatio vocis, cantus, tonorum, colorum, thymista, suffitus, sessiones, stationes, diversitas indumentorum, & omnia, quæ aguntur per ministerium fervorum Dei, exorcismis,

orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, inclinationibus humorum, humilitate pedum, hæc omnia esse sunt, quæ nos reficiunt, vide D. Aug. de Symb. Cathol. lib. 2. c. 2. tom. 9.

Abeant ergo pestiferi hæretici, qui novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum, qui conantur auferre ritus, & ceremonias ab Ecclesia Dei, contra Dominum, & Christum ejus, Spiritum sanctum, vetus, & novum testamentum, Apostolos, summos Pontifices, sacra Concilia, contra religionis naturam, & consuetudinem hominum, & sententias omnium: insurgat præter cæteros, sacrum Concil. Trid. de ceremonijs in Sacramentis administrandis, sess. 7. Can. ult. de Sacram. in communi. de ceremonijs, & diversis actibus in Missæ sacrificio, sess. 22. can. 5. & cap. 7. in Sacramento ordinis, sess. 23. Can. 5. in Sacramento matrimonij, sess. 24. Can. 11. de ceremonijs, & ritibus circa Sanctorum reliquias, sess. 25. in initio, vide Pignium, lib. 1. Hierar. Eccles. cap. ult. Cather. 2. clave Scripturæ, Bunderium in compendio concertationis, tit. 27. Brunum, li. de cerem. confessio. Polon. cap. 86. & multa Concilia provincialia, & præcipuè Beneventanum, tit. de divin. est. c. 12.

Ad quintum, eligi debet vir gravis, competenter doctus, elegans, studiosus, diligens, benè versatus, & morigeratus, cum competenti præbenda, prout sit ubique.

PRAX. Episc. Pars II.

MANCIPIA.

Mancipia, Servi, sive Sclavi, ad Senatus Camera Urbis officium, conservatores pro libertate confugientes, libertatem consequuntur, & Romani cives, liberi que homines efficiuntur. Paul. III. Bul. 2. quæ incipit, Novimus, & Pius V. Bul. 18. quæ incipit, dignum.

MATRIMONIUM.

Primò, Senes regulariter possunt contrahere matrimonium, dummodo possint erigere virgiam viriliter in vas mulieris, & ita ut appetitum carnalem ab utraque parte sedare valeat. similiter & spadones, quia non est de essentia matrimonij, ut ex eo habeatur proles, Navar. conf. 2. n. 6. & 15. de frigid. & males. & conf. 4. n. 25. de desp. impub. Senes verò, qui non sunt apti ad prædicta præstanda, non possunt contrahere matrimonium, & contractum potest dirimi, Nav. loc. cit. ex Soto 4. sent. dist. 36. q. 1. ad secundum. sed circa spadones, vide Bul. seu declar. Sixti X. sub datum Romæ die 27. Junij, 1587. pro nuntio Hispaniæ, similiter carens testiculis, modò possit ut supra, potest contrahere, secus verò non, idem loc. cit. n. 11. 16. & 20.

Secundò, dubitabitur, an parochus, cujus præsentia est de necessitate matrimonij, opus sit, ut sic Sacerdos?

Respondetur, quòd non, Nav. conf. 9. num. 2. de clandest. despons. tamen

N aliter

aliter dicitur inferius in *ver. parochus*, §. 3.

Tertiò, quia dictum, presbyterum nullum posse adesse matrimonio contrahendo, nisi de licentia Ordinarii, vel parochi; dubitatur, an requiratur, ut ista licentia sit in scriptis, an sufficiat licentia generalis exercendi curam? Ad primum responderetur, non requiri scripturam; ad secundum, quòd sufficit, *Navar. conf. 13. nu. 2. loc. cit.*

Quartò, discessit parochus à sua parochia per modicum tempus sine licentia Episcopi sui, & reliquit in parochia pro cura aliquem Sacerdotem, vel Vicarium, an iste possit interesse matrimonio contrahendo, vel aliquis Sacerdos de licentia ipsius? Responderetur, quòd sic, per regulam, *subrogatus*, & *Nav. conf. 13. num. 4. loc. cit.* cetera de materia matrimonii, vide in *ver. parochus*.

Quintò, an matrimonium possit contrahi per interpretem? Responderetur, quòd sic, ita præter alios *Covar. de spons. 2. par. c. 4. §. 1. nu. 3.* similiter, & sine interprete, inter alienigenas, modò proferantur verba apta conjugio, *gl. in capitulo, ex literis, il. 1. de sponsal.*

MEDICI.

Medicinæ artem an exercere possit clericus? Responderetur distinguendo cum *Navar. conf. 3. ne cler. vel mona.* nam si est in sacris, vel beneficiatus, non potest sine Papæ dispensatione, nisi erga miserabiles personas, pauperes, instante necessitate, se ipsum,

& cognatos; in minoribus autem solus constitutus potest absque peccato, nisi ut laicus, *Navar. tract. de spol. §. 7. nu. 4. ver. 3.* quod nota pro materia spoliurum.

MENDICANTES.

Primò, Mendicantes, qui dicantur, & gaudent privilegiis mendicantibus concessis, vide *Bull. Pii V. quæ est 45. & incipit, Romanus*, ut sancti Domini, sancti Francisci, sancti Augustini, & Servitæ, sancti Francisci de Paula, *Bull. 48.* & de eorum privilegiis, vide *Bull. 30. quæ incipit, Esi mendicantium*, & *Bull. 14. quæ incipit, Dum ob uberes*, & *Gregor. XIII. Bull. 15. quæ incipit, In tanta rerum*, & *Bull. 135. quæ incipit, Romani*, congregatio sancti Hieronymi, Jesuitarum, *Bull. 49. quæ incipit, Romani Fratres*, Amadæorum unio, & Clarenorum, sub Ordine Fratrum Minorum, de observantia Pii V. *Bull. 54. quæ incipit, Beatus*, *Greg. XIII. quæ incipit, Ex benigno*, Societatis Jesu inter mendicantes comprehenditur, & gaudet eorum privilegiis, *Greg. XIII. Bull. 102.*

Secundò, Minores conventuales, ultra biennium in eodem conventu manere non possunt, nisi sint sexagenarii, *Pius V. Bull. 67. quæ incipit, Illa*. Guardianatus, per biennium, novitil, nisi attingant decimumoctavum annum, nisi proprium habeant, nec laici recipi possunt, nisi habeant vigesimumquintum annum.

Tertiò, qui dicantur Monachi, qui fratres, qui mendicantes, qui Canonici Regulares, vide præter ceteros, *Jafon.*

in authent. ingressi, nu. 13. & inf. de sac. san. Eccl.

Quartò, unde dicantur mendicantes, vide *Gem. in c. quorundam, § volentes, in initio, de elect. lib. 6.* ubi etiam ex ipso, & *Gl. habes, qui dicantur mendicantes.*

MONACHI.

Primò, Monachi, seu regulares ejeti à suis monasteriis, vel ad triemes condemnati, vel habitu privati, sub quo Episcopo subsunt? Respondetur, quòd sub Episcopo originis, *Nav. in c. non dicatis, nu. 34. 12. qu. 1.*

Secundò, Monachus dimittens habitum, quam pœnam incurrit? Respondetur, quòd pœnam excommunicationis, *c. si. de apost. sed ab eo potest absolvi à suo Prælato, Cald. cons. 6. Clar. q. 97. ver. Monachus, & in pœnam, de qua in ver. professio.* similiter si occultat habitum sine causa, *gl. in Clem. de vita, & hon. cler.* similiter si aliena bona monasterii sine licentia Superioris.

Tertiò, Monachus ejectus, cui acquirit, supposito, quod propter hoc desinat esse Monachus, nec fiat capax cuiuslibet juris pecuniarii? Respondetur, quòd si est ejectus injustè, acquirit monasterio, à quo ejectus est; si justè, Papat, vel Ecclesiæ, cui fuerit legitime ascriptus, seu translatus, *Nav. in c. non dicatis, nu. 34.*

Quartò, an Ordinarii possint aliqua constituere de regularibus? Respondetur prout *sup. in ver. excommunicatio, de accus. mater.*

Quintò, si Monachus, seu Regularis steterit per annum integrum in probatione, & per aliquot menses ultra, nondum emittens expressam professionem, licet tacitam per delationem habitus non distincti, prout ajunt jura vulgata, possit renunciare bonis, sive facere contractus, & videtur quòd non, quia omnia jura, & glossæ videntur dicere, quòd per professionem tacitam quis non est amplius sui juris, tamen contrarium est verius, quia per solam professionem expressam, sive solemnem, fit mortuus mundo: vide *Extravag. antiq. concertat. Joan. 22. Reb. tit. de dispens. cum reg. sa. nu. 24.* præterea quia Concilium loquitur simpliciter de professione, quæ debet intelligi de potiori significato, *Argum. cap. fin. de sentent. excommunic. & Rebuff. tit. de mod. amit. benef. num. 44. per capit. beneficium, de regul. libro sexto,* ubi dicit, quòd ante professionem non potest conferri beneficium Monachis, quæ debent intelligi de expressa, tacit *Bull. Pii V. quæ est 75.* ubi statuit regularem non posse promoveri ad sacros Ordines, nisi fuerint professi, quæ debet intelligi de expressa, *Argum. Sac. Conc. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform.* ubi prohibet saculares promoveri ad sacros Ordines, nisi habuerint beneficium, pensionem, vel patrimonium, *Covar. de spons. 2. p. c. 7. §. 4. nu. 6.* & fortificatur ratione, sicut ad dirimendum matrimonium ratum, & consummatum, non sufficit votum simplex, sed requiritur votum solemne, *cap. 1. de vot. in sexto,* ita non sufficit professio

N 2

tacita,

tacita, sed requiritur expressa in dissolutione matrimonii rati, & non consummati, *Cov. loc. cit. nu. 7. & 8.* & habui in facto Surrenti, ubi vir, & uxor, de communi consensu, illa monialis ordinis sancti Dominici in monasterio sanctæ Mariæ Gratiarum Surrenti facta est, Vir autem monachus sancti Dominici in Ecclesia sanctæ Mariæ Sanitatis Neapoli, & steterunt in monasterio ultra annum probationis, & tamen postea exierunt ambo à monasteriis prædictis, & remansere in sæculo: ergo non sufficit professio tacita, & sic videtur, quod non obstante professione tacita, possit testari, donare, & facere contractus activè, & passivè, ante professionem expressam solemnem, quia professio tacita est quædam fictio, vide Navar. *in c. non dicatis, l. 2. q. 1. à nu. 42.* & professus tacitè non est verè professus, sed præsumitur, Nav. *in cap. statumus, l. 19. quest. 3. nu. 74.* & vide *inferius, in ver. professio*, ubi plus videbis, & facit pro practica quotidiana, & mihi accidit bis in facto.

Sextò, transitus de una religione ad alteram parem, aut arctiorem, non fiat, nisi causa cognita transeuntis, & vitæ, ac morum ratione, idque ex approbatione Capituli generalis, ita sac. Cong. prout *inferius*, & Navar. *in c. statumus, notab. l. nu. 3. & notab. 3. à nu. 10. & inf. vide superius, in ver. Apostata.*

Septimò, in posterum nemo regularium ejiciatur à monasterio, etiam si sit incorrigibilis, sed peccantes à superioribus ignominia, & carcere castigantur, & acrius, si etiam opus fuerit,

pro modo delictorum puniantur. singula monasteria habeant librum profitentium tacitè, vel expressè, qui manserunt in religione, per quinquennium omninò non audiantur. --- De iis, qui exire volunt à religione, committatur Ordinario loci, simul cum Superiore monasterii, ubi emiserunt professionem, ita in terminis, sacra Congreg. *declarat. 376. de reform. regul.* & hoc rationabile est. nam multi proprio spiritu ducti transibant de una in alteram religionem, ad placitum, contra illud *Ioan. 1. cap. 4. initio, Nolite omni spiritui credere.* præterea oriebantur multæ apostasiæ, indecentiæ, detractiones, & mendicitates, Bull. Pii V. *quæ est 75. & Conc. Trid. sess. 21. c. 1. de refor. Navar. in Apolog. de reddit. quest. 1. monito 32.*

Octavò, Mendicantes ad monasticos Ordines (Carchusianorum duntaxat excepto) absque Sedis Apostolicæ licentia transire non possunt, ita Mart. V. Bull. 2. *quæ incipit, Via ambitiose cupiditatis.*

Nonò, Monachi, seu Fratres divi Francisci de Observantia, seu Conventuales degentes extra claustra, quas penas incurrunt. Paul. III. Bull. 10. Clem. VII. Bull. 43. Jul. III. Bull. 60. Paul. IV. Bull. 29. Pius IV. Bull. 8. & 69. Greg. XIII. Bull. 44. & 74.

Decimò, Fratribus Capucinis mandat Jul. III. Bull. 10. *quæ incipit, Officij nostri*, ne Fratres de Observantia recipiant contra formam Constitutionis Paul. III.

Decimoprimò, Regulares pro crimine

mine hæresis possunt cognosci ab Inquisitoribus tam generalibus, quam particularibus, dummodo illorum superiores non prævenerint. Pius IV. 66. *que incipit, Pastoris.*

Decimosecundò, an Monachorum appellatione veniant Canonici regulares in odiosis? Respondetur, quòd non, Navar. in c. nullum, 18. qu. 1. com. 3. mon. 12. num. 40. & in cap. statuimus, num. 1. & 2. 19. quest. 3. nec possunt transire Canonici regulares ad Monachos, cap. Mandamus, 20. q. 3. Vide Gem. inc. ex eo, §. in Ecclesiis, ver. oppono, de elect. l. 6.

Decimotertiò, an Monachi possint vesci carnibus? Respondetur, quòd non, cap. carnem, de consec. d. 5. nisi in mensa Episcopi, gloss. ibi in ver. servato, & non solum in mensa Episcopi, sed Principis, gloss. ibi, & Jo. de Selua tract. de benef. 4. par. quest. 7. nu. 24. Principes intellige Cardinales, vel non recognoscens superiores, ex communi usu loquendi.

Decimoquintò, an superior possit capere regularem, ubicumque fugientem? Respondetur, quòd sic, Navar. loc. cit. num. 50. not. ab. 16. sicut vir uxorem, dominus servum, & ancillam, etiam antequam moneat, & citet eum sub pœnis, & censuris, idem loc. cit.

Decimoquintò, Regulares non possunt ex privilegiis, & præsertim ex illo, quod Mare magnum appellatur, eis concessis absolvere quenquam à casibus, quos sibi reservavit Episcopus, ita Sac. Congr. in terminis declarat. 518. Metus verò ex privilegiis, in quibus de

iis fit expressa mentio, vel concessis, vel confirmatis potest, sac. Conc. Trid. prout dictum est in ver. absolutio, §. 1. & in pract. mea pœnit. cap. 24. q. 9.

Decimosexto, Monachi si habeant aliquam Ecclesiam, in qua habeant jus patronatus, an possint illam sibi appropriare, vel in ea novum censum imponere, vel antiquum augere? Respondetur, quòd non, Clem. un. §. eandem, de suppl. neg. pralat. H. st. in sum. tit. de sup. negl. pral. §. quot modis, num. 3. juxta finem.

Decimoseptimò, Religionis ingressus non liberat ab irregularitate omni, sed solum ab ea, quæ provenit ex illegitimitate, immò nec propter hanc ad probationes, dignitates, & gradus, Navar. in c. non dicatis, num. 6. 22. quest. 1. vide Bull. Sixti V. de illegitimus,

M E T U S.

Metus, quando excusat à revelatione excommunicationis, etiam ipse metuens habuerit partem illius, de quo fit excommunicatio, vide Nav. in cons. 2. de test. cogend.

MISERABLES PERSONÆ.

Miserabiles personæ cæteris aliis creditoribus præferuntur pro eorum creditis, usque ad summam ducatorum quinquaginta. Pius V. Bull. 190. & possunt convenire laicos coram Judice ecclesiastico ob negligentiam Judicis sæcularis, c. ex tenore, de for. com.

Covar. pract. q. c. 5. n. 2. cap. significasti,
de off. ord. deleg. & ibi gl.

MISSA.

Primò, an Missa celebrata pro anima defuncti, magis profit illius animæ, si celebretur, ubi est corpus defuncti, quàm alibi?

Respondetur, quòd sic, ita Inn. in c. fraternitatem, de sepul. & audiui quendam Reverendissimum Archiepiscopum dixisse mihi, quòd ita respondit sibi Gregor. XIII. cum petisset ab eo, an potuisset transferre Missas relictas à locis, in quibus sepulti erant illi, quorum antecessores eas reliquerunt: sed ego censeo, stante magna necessitate, posse transferri, putà quia Ecclesia est diruta, vel in loco derelicto sine populo, vel periculoso. faciunt ea, quæ dicentur in verb. visitatio, dub. 9.

Secundò, an sit prohibitum Sacerdoti, novas Missas celebranti, ad Offertorium ante Altare stanti versùs populum, aliquas eleemosynas, & oblationes, de quibusvis rebus fiant, à sponte dantibus accipere, an idem prohibeatur parochis, & aliis Sacerdotibus?

Respondetur ex mente sanctissimi Domini Papæ à sac. Congreg. declarat. 511. in meis, in factò Episcopi Papiensis, in hæc verba, Reverendissimus Episcopus Papiensis supplicavit humiliter Illustrissimæ, & Reverend. DD. VV. ut dignentur declarare infrascriptum dubium: Dabitur, cum in decreto Conc. Trid. sess. 22. de observandis, & evitandis in celebra-

tione Missæ, quod incipit: Quanta cura sint illa verba, quæ incipiunt, & quicquid promissis novis, usque ad illa, deinde, an per ista verba. A. prohibitum sit omnibus Sacerdotibus novas Missas celebrantibus, ad Offertorium ante Altare stantibus versùs populum, aliquas eleemosynas, & oblationes, de quibusvis rebus fiant, à sponte dantibus accipere, & an idem prohibeatur parochis, & aliis Sacerdotibus? At sanctissimus Dominus noster audit à relatione Congregationis Concilij, declaravit, licet Sacerdotibus novas Missas celebrantibus, vertere se tantùm in medio altaris ad populum, & accipere oblationes, non autem circumire Ecclesiam, hæc de causa B. SS. D. N. declaravit parochis permittendam esse consuetudinem, prout inolevit, cæteris autem Sacerdotibus prohibendum.

Tertiò, an sit necessarium, ut Missa celebretur præsentibus multis?

Respondetur, quòd licet Canon, hoc quoque, de consecr. dist. 1. dicat, quòd saltem duobus præsentibus, tamen ibi gl. in ver. ipse tertius, & Nav. conf. 6. de corp. vir. tenet, quòd potest Sacerdos solus celebrare, & ita credo, quòd in primitiva Ecclesia faciebant Sancti interdum in desertis, & speluncis, præsertim in persecutionibus per cryptas, ac cæmeteria, domosque privatas.

Quartò, an in Missis solemnibus potest fieri collecta pro defunctis?

Respondetur, quòd sic stante causa, nisi in solemnitatibus magnis, Nav. conf. 9. n. 10. de celebr. Miss.

Quintò, an Ordinarius possit admittere presbyterum peregrinum ad celebra-

lebrandum cum dimissorijs vetustioribus, per decennium?

Respondetur ex Nav. *conf. 1. nu. 16. de cler. peregr.* quod non, nisi justificentur literæ per aliqua adminicula.

Sextò, an Episcopus tam Romæ, quam extra suam diœcesim, possit celebrare Missam extra locum sacrum, juxta *c. si. de privil. lib. 6.*

Respondetur, quod non, nisi in sua diœcesi, & eandem celebrandi licentiam potest dare Sacerdoti celebraturo, etiam intra suam diœcesim, Nav. *conf. 5. de privil.*

Septimò, multis in locis sunt erecta altaria privilegiata, ex quibus ex concessione summi Pontificis per celebrationem Missæ pro anima defuncti liberatur ejus anima à purgatorio, dubitatur an requiratur, quod Missa sit pro defunctis, an sufficiat qualibet Missa etiam de Sanctis?

Respondetur affirmativè, modò celebratur in dictis altaribus, & applicetur pro anima illius, pro quo celebratur, ita Navar. *conf. 37. de pœn. & remiss.*

Octavò, an Sacerdos induendo se vestibus sacerdotalibus pro Missa celebranda, teneatur dicere orationes, quæ in Missali ordinatæ sunt, ut dicantur à Sacerdote, dum induitur?

Respondetur ex Navar. *conf. 3. de celeb. Miss.* quod sic, sub pœna peccati mortalis, quod ego non admitterem cum tanto rigore, tum quia ipse fundatur in duobus, primo, in rubrica dicente, quod secundum ejus tenorem debeat Missa celebrari, secundo, in

consuetudine, & utrumque mihi videtur non concludere sub pœna peccati mortalis, non primum, quia rubricæ nō obligant ad peccatum mortale, nisi in essentialibus vel ratione contemptus, nec rubrica jubet ut dicantur orationes preparatorix in ipsa induitione, sed dat ordinem & seriem celebrandi, & quia in multis Missalibus non imprimuntur dictæ Orationes, ut ego vidi, etsi fuisset adeo necessariæ, utiq; in omnibus imprimerentur, nec secundū, nempe cōsuetudo id probat, cū non sit universalis: nam in Missalibus Dominicorum, & aliorum, qui non utuntur Missali Curix Romanæ, non sunt impressæ dictæ Orationes, prout à simili dicit Cajet. in *Sum. de Hor. Canon. cap. 2. & dixi in ver. Hor. Canon. §. 6. & vide rub. quæ incipit, Sacerdos celebraturus, §. ac primum & per omnia paramenta*, nihil dicit de orationibus, sed solum de modo, & ritu observando circa ipsam induitionē, & vidi multos presbyteros, & religiosos piæ mentis, non dicere dictas orationes, immo aliquos loco illarum dicere *Miserere mei Deus, Psal. 50.* & post Missā loco orationum, quæ in Missali ponuntur, ut verbi gratia trium puerorū, *Benedicite, Laudate,* &c. vidi multos doctos, & optimos religiosos, dicere Canticum, *Te Deum laudamus.* ergo his & aliis, quæ brevitatis causa omittuntur, videtur non esse ponendum jugum durum, ubi Dominus noster, cui sancta Ecclesia se conformat, ponit jugum suave.

Nonò, si quis habet aliquod beneficium, cui inest onus celebrandi Missam,

Missam, an intelligatur de celebratione quotidiana, ut singulis diebus teneatur beneficiatus celebrare Missam? Et videtur quòd sic, quia indefinita æquipollet universali, tamen oppositum est verius, ita Navar. *conf. 9. num. 5. de prab.* Immo si quis obligatus est ad quotidie celebrandum, non idèò quotidie tenetur, sed potest bis, vel semel in hebdomada quiescere, idem *loc. cit. & conf. 25. num. 2. & 3.* dat rationem, quia intelligitur salva decencia.

Decimò, an aliquis vivens possit sibi facere celebrari Missas, vel Officium defunctorum?

Respondetur, quòd sic, Nav. *conf. 9. de celeb. Miss.* modò non dicantur orationes, quæ monstrant aliquem jam mortuum, ut verbi gratia, *Inclina Domine*, ubi dicitur, *quem de hoc saculo migrare iussisti.* ratio est, quia committeretur mendacium in oratione.

Decimoprìmo, an possit celebrari Missa cum capite tecto aliquo panno, ut vulgò dicitur barretino?

Respondetur primò, quòd si adest causa nota, putà frigoris, doloris, debilitatis capitis, quòd sic, si verò causa esset dubia, tunc de licentia Episcopi. Nav. *consil. 7. de celeb. Miss.*

Decimosecundò, quia dictum est, posse Episcopum minuere numerum Missarum ex decreto sacri Concilij, & quòd illud debet facere ex causa, petitur, quæ causæ potissimæ?

Respondetur, quòd diminutio reddituum, & augmentum pretii rerum ad victum necessarium, prout secundum diversitatem temporum pinguior-

res, vel minus pingues assignabantur dotes, Nav. *conf. 11.* nam ubi sui vicarius, & modo Minori, ubi sum Episcopus, reperi pro una Missa septimana qualibet fuisse relictos vigintiquatuor, vel duodecim, vel octo carlenos, quos ipse reduxi ad singulos carlenos singulas Missas cum moderamine, de quo superius.

MONIALES.

Primò, quæritur an in aliquibus monasteriis, ob aliqua impedimenta, non possit servari communitas vivendi juxta formam sacri Conc. *sess. 25. c. 2. de reform. reg.* Sed datur unicuique moniali tantum pro victu, & pro vestitu, ut si aliquid ei supererit, ut possit de eo ad libitum disponere?

Respòd. quòd id quod est reliquum, debet relinquere monasterio, & non distribuere pro libitu suo, Nav. *c. non dicatis, 12. q. 1. ver. addo 14.* & est rationabilis. nam illud datur ei pro usu, & non est sui juris distribuere, ut patet ex sacro Conc. *loc. cit. in d. c. non dicatis,* in litera.

Secundò, an moniales possint simul dormire associatæ cum sociis in uno lecto?

Respondetur negativè, ita habetur *in c. nec aliqua, 17. q. 1.* quòd ego temperarem, nisi adfit aliqua necessitas, putà, incommoditatis, paupertatis, infirmitatis, timoris, vel quid hujusmodi, juxta illud, *Va soli, Ecclesiast. c. 4.* tamen optimum est, ubi servari poterit ad evitandum evitanda, & ita ego

ego servavi Surrenti, in visitatione monialium.

Tertiò, an possunt dare, vel accipere literas ab aliis occultè, vel palàm sine consensu superioris, & pari modo dare, vel accipere munera?

Respondetur, quòd non, *d. cap. non dicatis ver. quicumque autem*, & ibi Navar. *ver. 3. num. 13. ver. quartò nota*, nisi ex quodam consensu tacito, vel præsumpto superioris, & idem de munere, si datur loco eleemosynæ, *D. Th. 2. 2. quest. 32. artic. 3.* similiter si literæ respicerent utilitatem vel necessitatem Monasterii, vel salutem spiritualem, vel temporalem singularum regularium, *Inn. cap. ex parte, & in cap. penul. de accus.* quando inferiores scriberent contra superiorem aliqua ex causâ legitima, & juridica.

Quartò, an sit utiliùs Monasteriis, ut moniales v. vant secundùm portiones, & secundùm communem vitam, victum, & vestitum?

Respondetur ex Nav. *in c. nullum, 18. q. 2. n. 24.* quòd ubi servatur vita communis, servari quidem debet, nisi utilitas adesset monasterio; ubi verò non est hic mos, non esset reformandus, nisi ob maximam & evidentem utilitatem, & ibi *notab. 3.* respondet ad sac. Conc. *sess. 25. c. 1. & 2. de reg. & ex hac vivendi consuetudine per portiones elicit multas utilitates, quod videndum est, an id, quod datur pro usu, conveniat, & sufficiat. nam quod superest, restituendù est monasterio, & si dices, id quod datur mihi, si non sufficit, quis dabit reliquù?* Respondetur, monasteri-

Prax. Episc. Pars II.

um: ergo superfluum ei reddito, aliàs ædificas gehennam, prout *supra. §. 1.*

Quintò, an liceat moniales habere famulas, vel discipulas laicas, ut eis inserviant in monasteriis viliorib. in exercitijs?

Respondetur, tempore immemorabili, & in monialib. aliàs nobilissimis, ex nobilissimo sanguine propagatis, quòd sic, & ita posset tolerari, Nav. *c. statuimus, 19. q. 3. con. 4. de reg. n. 66. ver. 13.* & ita vidi observari in pract. Neapoli, & alibi.

Sextò, an si non possint aliàs vivere possint artificio operum, quæ manibus laborant?

Respondetur quòd sic, & ita non prohibentur emere & vendere ea, quæ his opus sunt, ita sac. Congr. *decl. 490.* Episcopo Catanensi, modò sancta illarum clausura, & honesta servetur, prout illarum instituta, & Conc. Trid. decreta postulant.

Septimò, an possint habere Ecclesias intra clausuram?

Respondetur à sac. Congr. *declar. 114. in meis*, in hæc verba, *Tollantur Ecclesie, quæ sunt intra claustra monasterij, ex decr. Conc. Trid. & alibi collocentur*, quam sacram Cong. ego intelligo quãdo ad Ecclesias intra clausuram politas, accederent sæculares, sive regulares personæ officianti causa, vel laici, secus verò, quando haberent Ecclesiam exteriorem pro divinis officijs celebrandis, & intus aliquam Ecclesiam orandi causa, vel antiquiorem, ad quam nullatenus pateat aditus exteris.

Octavò, an si aliqua monialis ex-

O

empta

empta voluerit exire aliqua legitima causa à clausura monasterii exempti, requiratur etiam auctoritas Ordin. an sufficiat sola Generalis illius ordinis, vel sit necessaria utraque.

Respondetur primò, quòd sac. Conc. Trid. sess. 25. c. Bonifacij, videtur etiam requirere auctoritatem Episcopi. respondetur secundo, quòd sufficiat licentia Generalis ordinis, ita Nav. *conf. 5. n. 6. de stat. monach. conf. 7. n. 6. de reg. nre obstat sac. Conc.* quia loquitur de exemptis subiectis immediatè summo Pontifici, non de aliis exemptis, tamen ibi Apostil. dicit in eventibus causa correctionis, vel causà novæ foundationis recurrendum ad sacram Congregationem, tamen vidi praticari oppositum, quoad primum dictum Neapoli, ubi accedit etiam licentia Ordinarii, & vidi medicos intrare volentes monasteria monialium exemptarum pro cura ipsarum petere licentiam à Vicario Neapolitano, Anno M. D. XCVI. cum Illustrissimus Cardinalis Gesvaldus Archiepiscopus Neapolitanus, revocasset omnes licentias priùs concessas pro ingressu monasteriorum monialium, similiter quando moniales aliquæ professæ essent mittendæ ad aliqua monasteria noviter fundata, causa instructionis, doctrinæ, & correctionis, sive reformationis, fuit petita, & obtenta licentia à sac. Congreg. Nav. *in c. statuimus, n. 6. tr. de reg.*

Nondò, quia dictum est, moniales, & regulares non debere emittere professionem ante decimumsexmum annum, quid si aliqua ingreditur in anno

duodecimo, prout disponit sac. Conc. *sess. 25. cap. 27.* an possit emittere professionem anno decimotertio, quia jam explevit annum probationis, prout per jura vulgata jubetur?

Respondetur, quòd non, nisi post expletum annum decimumsexmum, prout superius etiam tactum est, dico secundo, quod elapso anno probationis censetur professæ tacita, quousque emittat professionem expressam, & solemnem, & sic subjacet favoribus & pœnis, quibus subsunt tacitè professæ, Nav. *conf. 20. de reg.*

Decimo, an Episcopus, vel superior quispiam (excepto Papa) possit facere aliquam monialem in aliquo monasterio sine consensu Abbatissæ, & conventus?

Respondetur, quòd non, quia creare moniales pertinet ad Abbatissam, & conventum cum licentia Episcopi. Nav. *conf. 9. n. 12. de constitutio.* alias Abbatissa, & moniales possunt appellare ad superiorem, prout dictum est *superius in ver. appellatio, & in ver. recursus.*

Decimoprimo, an monialibus, si ve pupillis monachaturis, si antequam professionem expressam emisissent, exire voluerint à monasterio, animo non amplius monachandi, debeant sua bona omnia restitui.

Respondetur, quòd sic, sub pœna excommunicationis, Conc. Trid. *sess. 25. c. 16. de reg. in ult.* quòd non solum locum habet in exire volente, sed etiam ante professionem moriente. nam tunc omnia bona sua, quæ secum portavit,

tavit, sunt restituenda personis, quib. competunt, Nav. *conf. 9. de success. ab intest.* hoc tamen intellige, nisi vel Monasterium aliquid deberet habere ab illis ratione victus, vestitus, vel hujusmodi, vel de eis bonis illæ disposuerint, si erant sui juris.

Decimosecundò, an moniales possint transire de uno monasterio ad aliud, vel causa novæ foundationis, vel correctionis, vel reformationis, vel perfectionis, quod sæpe accidit?

Respondetur, quòd Nav. *conf. 57. n. 6. de reg. & conf. 5. de stat. mona. 1. 3. & 6.* dicit, quòd sic, auctoritate Episcopi, per sac. Con. Trid. *sess. 25. c. 5. de reform. regi.* tamen sac. Congr. censuit in his recurrendum esse ad Sedem Apostolicam, ita dicit Apostil. *ibi in dicto c. 57. & 70.* & ita vidi observari in praxi annis elapsis, quando à Monasteriis Surrenti fuerunt missæ moniales ad reformationem, seu correctionem quorundam monasteriorum Salerni.

Decimotertiò, si coegerit puellam ingredi monasterium, etiam ut ibi stet habitu sæculari usq; ad ætatem nubendi, incurrit excommunicationem, de qua sac. Conc. *sess. 25. c. 18. de reg. Nav. conf. 6. n. 1. de reg.*

Decimoquartò, quia dictum est superius, moniales posse exire à monasteriis, quando fuerit electa pro Abbatissa ad aliud monasterium, & pro quocunque morbo periculoso, etiam non contagioso, ex doctrina Navar. *in cap. statuimus, n. 49. ver. q. 19. q. 3. & conf. 70. n. 6. de reg. & 5. de stat. mona.* tamen Apostil. sive Addit. ad dicta

consilia dicit, quòd Bal. Pij V. solum ad quasdam causas ibi expressas, jubet non extendi ad alias causas & sac. Congregat. ultra illas causas jubet haberi recursum ad Sedem Apostolicam, aliàs non dicere.

MONASTERIA.

PRImò monasterii appellatione non venit, nisi, quod habet Abbatem, & non Priorem solum, Fed. de Sen. *conf. 145. col. 9. Caputaque decis. 84. p. 2.*

Secundò, Monasteria, quæ non subsunt generalibus capitulis, vel Episcopis, vel non habent ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata sedis Apostolicæ protectione ac directione regi consueverunt, singula triennio sese in congregatione redigere debent, quod si non fecerint, Metropolitanus illos coget, si Metropolitanus in hoc negligens erit, Episcopus, in cujus diocesi sita sunt. Trid. *sess. 25. cap. 18. de refor. Nav. conf. 18. de stat. Monach.*

Tertiò, Monasterium quorumcunque virorum regularium non possunt ingredi mulieres, Pius V. *sub Bulla 22. qua incipit, Regularium, & Greg. XIII. Bul. 30.*

Quartò, Pius V. *Bulla eadem* revocavit licentias concessas quibuscunque mulieribus ingrediendi monasteria, & loca quorumcunque ordinum regularium, & Gregor. Decimus-tertius, *Bull. 36. qua incipit, Vbi gratia, fecit eandem revocationem*

nem ingrediendi loca Monialium, & virorum cujuscunque Ordinis.

Quintò, appellatione conventuum comprehenditur Congregatio Regularium, ita Gem. in *c. si religiosus*, §. quia verò, notab. 3. de elect. lib. 6. & etiam monasterium, seu congregatio Monialium, idem *ibidem* §. sanè, notab. 7.

MONETA.

PRimò, quatuor modis potest moneta adulterari, tondendo, rodendo, aqua forti minuendo, & falso metallo cudendo, Abb. in *c. quanto*, de jur. jur. & *ibi Innoc. Covar. de numismat.* c. 7. & 8.

Secundò, si quis bona fide habuit monetam falsam ab aliquo, non potest eam tutâ conscientiam expendere, sed debet investigare eum, qui dedit, si potest, aliàs non, D. Ant. 2. par. cap. 17. §. 4. & 5. Tab. in *ver. emptio*, §. 3. Nav. in *Manua. c. 17: 173. & cap. 19. nu. 8. Syl. in ver. falsarius.*

Tertio, pœna prædictorum falsificantium, & expendentium, vide Cov. *loc. cit.* Bart. in *l. si prius*, de aq. pluvia. Bal. in *l. eleganter*, §. qui reprobos, de pig. act. Host. in *sum. tit. de cri. fal.* §. & qualiter puniantur, nu. 8. facit *ca. ad audientiam*, de crim. fal. Diaz. *pract. crim. causa*, c. 108. Azo. in *sum. lib. 11. codicis*, rub. 10.

Quartò, nunquam est vendendum aurum vel argentum alchimisticum, pro vero auro, & argento, licet appareat pro vero auro, & resistat igni, & aquæ vivæ, si habeat proprietates aliquas auri, & argenti, tamen non potest

habere omnes connaturales eisdem, ut putâ, lætificandi animum, & de serviendo medicina, & non est diu duraturum, D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 2. ad primum, Cajet. in *sum. ver. Alchimista*, Old. *conf. 74. aliàs 74. Tab. ver. emptio, nu. 9. Abb. in c. 2. de sortileg. in fine*, Cajet. 2. 2. q. 77. ar. 2. ad primum, ubi reddit quatuor causas, quare injusta sit venditio auri, vel argenti sophisticati. prima est, quia non potest de servire nummis conficiendis: secunda, quia non diu durat: tertia, quia non naturale: quarta, quia frequentius applicatur, vide *Armit. ver. Alchimia*, nu. 1. Oldrad. *conf. cit.* Iser. in *tit. quæ sint reg. in ver. moneta*, Peng. *com. 26 in 3. par. dir. inquisit.* & Sylvest. in *ver. Alchimia*, & *superius*, in *ver. casus*, in quibus, §. *Alchimistici*, quibus in locis habetur, Alchimisticos esse suspectos saltem de superstitione non pauca.

MONS PIETATIS.

Mons pietatis societas est, & qui contrarium prædicant, sunt excommunicati excommunicatione latæ sententiæ, Leo X. Bull. 9. quæ incipit, *Inter multiplicia.*

MULIER.

Mulier legatum factum à marito, vel ejus filiis, si castè vixerit, si nubat, amittit legatum, secus verò si legatum fieret ab aliis. vide præter cæteros, Cov. in *c. 3. §. 9. vers. ult. de spons. secunda parte.*

MENSA.

MENZA EPISCOPALIS.

QUæ beneficia dicantur de mensa, vide Paul. Rom. tract. de pens. c. 1. num. 8. ubi generaliter loquendo, habens illa dici de mensa, quæ sunt unita, & non habent perpetuum rectorem, Zabarella in Clem. frequens, & ibi gl. in ver. ad mensam, de excess. pralat. vel quando non habent specialem administratorem, alium à superiore pralato, idem in Clem. quia regulares, de sup. negl. pral. & ibi gloss. in ver. mensa, ubi dicit, quod Ecclesiæ, quæ sunt de mensa, non vacant. ratio est, quia sunt unitæ mensæ, quæ nunquam moritur, & Zenzilius ibi dicit, quod sunt ea, in quibus ponuntur simplices ministri, seu collectores, & sic non cadunt sub reservationibus, Paul. loc. cit.

NAUFRAGIUM.

Primò, naufragantium bona accipientes, regulariter sunt excommunicati in Bull. Cœnæ Domini. fallit primò, quando susceperint ea bono animo, ut restituant suo domino, nisi fuerint in mora, quia tunc ratione illius moræ sunt excommunicati per Conc. Later. excommunicatione Episcopali, cap: excommunicationi, de rap: & ibi Abb. secundò, quando ignorant esse talia, id est, bona naufragantium, quia putabant esse aliorum, Nav. const. 43. nu. 2. de sent. excom. tertio fallit, quando dominus ea eiecisset, animo non recuperandi, vel si habuerit illa

pro derelictis, quia tunc fierent occupantis, idem conf. 3. de rest. spol. quod tamen deberet intelligi cum grano salis, per regulam, quia nemo putatur iactare suum, Cajet. in sum. ver. excom. c. 23. Sylvest. ver. excom. 7. nu. 57. Nav. c. 27. num. 117. Fran. Senen. in exposit. septi. præcepti, nec valet lex de confiscatione bonorum naufragantium, quia esset tyrannica. Doct. loc. cit. vide Azon. in sum. libro 11. Cod. rub. 5.

Secundò, multa habes de reperientibus bona naufragantium in constit. rapinas, & ibi Afflict. idem de ruin. & incendio, & ponitur pœna mortis.

Tertio, naufragantium bona in portibus, & ripis maritimarum S. R. Eccles. aut in mari, aut in Tiberim, ad evitandum pericula tempestatis iacta, nemo occupet, vel diripiat, etiam sub prætextu consuetudinis, Paul. III. Bull. 48. quæ incipit, Accepimus, & alia, quæ est 57. & Jul. III. Bull. 49. & Pii V. Bull. 7. Greg. XIII. Bull. 52.

Quartò, qui tempore naufragii vocati à patronis navium, vel barcharum, auxilium eis ad bonorum præsertionem, vel recuperationem præstiterint, quartam partem bonorum præsertorum, aut acceptorum lucrantur, perturbatores autem, aut occupantes multas pœnas incurrunt, Paul. III. Bull. 57. quæ incipit, Accepimus.

NOTARII.

Notarii, quicumque sint, possunt compelli per commissarios fabricæ sancti

sancti Petri de Urbe, ad aperiendum, & ostendendum testamenta, post annum, à die obitus testatoris. Pius IV. Bull. 58. que incipit, Et si per diversos, sub pœna excommunicationis latae sententiæ, solutâ ipsi Notariis debitâ mercede.

NUPTIÆ.

Secundæ nuptiæ an sint benedicendæ? Respondetur primò, quòd non, *ca. 1. de secund. nupt.* Dico secundò, quòd hoc intelligitur, quando sunt secundæ ex utraque parte. Dico tertio, quando sunt secundæ ex parte mulieris, neque sunt benedicendæ. ratio est, quia tota illa benedictio nuptialis tendit super foemina. Dico quartò, si sunt secundæ ex parte viri, tunc est attendenda consuetudo probata. Dico quintò, pœna Sacerdotis benedicentis secundas nuptias ab utraque parte, licet textus dicat, quòd sit imponenda suspensio, tamen Diaz *pract. crim. canon. c. 68.* dicit esse arbitrariam, & Covar. *de sponsal. 2. part. c. 8. §. 2. nn. 1.* dicit, extare Extravag. Jo. 22. qua relevat missionem talis Sacerdotis ad Sedem Apostolicam, prout disponebatur in d. *ca. 1.* vide Sylv. in *versu. nupt. §. 1. & 2.*

OBLATI.

Primò, si quis dedit se, & sua bona alicui loco religioso, non murato habitu, capiatur per curiam temporalem, an possit peti per ecclesiasticam?

Respondetur, quòd non. Cap. Tolo. *qu. 2.* sed an possit contrahere matrimonium? Respondetur, quòd sic. Inn. *inc. ut privilegia, §. sanè, & ibi gl. ver. mutato habitu, de privileg.* Cap. Tolo. *qu. 383.* & an gaudeat privilegio fori? Respondetur, quòd non, Add. ibi, & Gl. in d. *c. ut privilegia, nec privilegio canonis. idem ibidem, Cov. in c. alma mater, 2. par. §. 2. nu. 9.*

Secundò, oblati differunt à conversis, quia conversi emittunt tria vota essentialia, oblati verò non. rursus oblati sunt in duplici donatoria, quidam mutato habitu manent intra claustra monasterii, alii oblatis bonis suis monasterio alicui, manent in sæculo, & sic conversi, & oblati in primo genere dicuntur personæ ecclesiasticæ: alii verò non. *Sec. in c. de for. comp. & ibi Abb. Cov. in c. alma mater, 2. p. §. 2. n. 9.*

OBLATIONES.

Primò, Oblationes sunt in triplici donatoria, prima, quando donatur aliquid Ecclesiæ, vel inter vivos, & de hac in *10. q. 1. per totum, & tit. de donat. & in c. cum sic, tit. de consec. Eccles. vel alt.* & de hac habetur in decretis Urbani Papæ primi, *Epistola unica ad universos Episcopos, & habetur in cap. videntes, 12. q. 1.* Secunda, quæ fit causa mortis Deo, vel Ecclesiæ, & de hac *cap. requisisti, de testamentis.* Tertia quæ fit à fidelibus in manibus Sacerdotis parochiæ ad altare, dum celebrat, *cap. antiquos, 10. qu. 1. Host. in sum. tit. paro. §. in quib. ver. hęc tamen sciendum, & istæ sunt paro-*

parochi, vel pars earum Episcopi, si ad-
sit consuetudo, Afflic. in consil. quantò
ceteris, nu. 36. vide superius, in ver. jus
cathedraticum.

Secundò, an contingant parochi?
Responderur, quòd si fuerit in paro-
chiali Ecclesia, sunt parochi, si in alia,
sunt prælati illius, c. quia Sacerdotes, 10.
q. 1. & c. doctos, 18. q. 1. quæ verò sunt
picturæ in pariete depictæ, sunt paro-
chia, Afflic. licet remissivè, loc. cit. nu.
37. Cap. Tolos. q. 482. & ibi Additio,
& dixi in ver. parochia, §. 5.

OPTATIO.

PRImò, Optare præter ea, quæ dicta
sunt in ver. canon. §. 7. adde, an op-
tatio tollatur per reservationem gene-
ralem, vel specialem factam à Summo
Pontifice, vide Aneam de Falconi-
bus, tract. de reservat. qu. 4. effectu §.
num. 3.

Secundò, ubi viger ista consuetudo
optandi, quomodo practicandum, an
Canonicus optans possit auctoritate
propriâ sumere dignitatem, seu cano-
nicatum, sive præbendam superiorem,
quam vult optare, an requirantur par-
tes Episcopi? Responderur ex eodem
Anea, loc. cit. quòd non requiritur col-
latio, sed requiritur saltem quædam ad-
missio facienda per illum, cui de con-
suetudine comperit, quæ habetur loco
institutionis, & citat Rot. dec. 440. in
novis, quæ incipit, Queritur, id est, quòd
Episcopus debet facere aliquam Bul-
lam ipsi optanti, non per viam colla-
tionis, sed institutionis potius, non ut

ea, quæ consuevit fieri in præsentatio-
nibus juris patronatus, sed potius qua-
dam declaratio, qua declaretur, talem
optasse talem canonicatum, præben-
dam, seu dignitatem in tali loco, per
obitum talis, juxta antiquam dicti loci
consuetudinem legitimam, & appro-
batam, cui ipse Episcopus assentitur,
confirmat, approbat, & declarat præfa-
tum optantem, bene optasse, & salvis ju-
ribus Episcopalibus, &c. ista practica
est fore communis.

ORDO.

PRImò, an aliquis accusatus de cri-
mine, pendente causæ cognitione,
possit promoveri ad sacros ordines, &
ad beneficia concurrere, & videtur pri-
mò, quòd non, quia sac. Conc. Trid.
sess. 24. c. 18. de resor. §. peracto, habetur,
Peracto inde examine renuncientur quos-
cunque ab his idonei judicati fuerint, a sa-
te, moribus, doctrinâ, prudentiâ, & alijs,
&c. & sess. 23. c. 12. de resor. & multis
aliis in locis. Secundò, quia obligati
ratiocinijs, & alijs impedimentis irre-
titi, non admittuntur ad ordines eccle-
siasticos, & Seluz 3. p. q. 5. à nu. 31. &
infra, ubi dicit ex mente Card. in c. tan-
tis, 81. dist. quòd si aliquis fuerit infamatus,
de crimine, super quo tamen
à nemine accusatur, non potest pro-
moveri, & inferius, quòd si aliquis
pendente accusatione, vel denuncia-
tione promoveretur, removeri debet,
quavis innocens sit, lib. qui stare, ff.
de re milit. tamen his oppositis dico,
quòd sic, nisi præcedat infamia apud
graves

graves viros, & accusatio potius à malevolis, quàm à personis probis facta est. nam si hoc esset, quisque posset à calumniatoribus malevolis & inimicis impediri, facit *c. omnipotens, de accusat.* & ea, quæ dicit Diaz. in *pract. crim. can. c. 140.* & ita Car. in *d. c. in tantis*, ubi ait, nisi appareat ipsum per calumniam accusatum, quod tamen faciendum est cum grano salis: nam audivi quendam Episcopum ordinasse quendam clericum accusatum, qui postea fuit pejor priore, & decollatus tanquam bannitus, Minori hoc tamen fallit, si crimen esset inhabilitans ad ordinem, ut putà homicidium, simonia, hæresis, publicus concubinatus, vel quid simile, Nav. *c. 7. de accusat.* nam tunc tenendum est in manibus, antequam causa decidatur. ratio est, quia nemini manus debet imponi, nisi præviâ informatione; & ratio est, quia turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes, Navar. in *conf. 6. de accusat.* & dictum est in *ver. concursus.*

Secundò, solet Episcopus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, antequam ordinare incipiat, præcipere, ne aliquis accedat ad ordines, sine dimissoriis, & aliis requisitis, & postea eos absolvit, & dispensat, prout est videre in *Pontificalibus.*

Dubitatur, an si quis illorum esset inodatus aliqua censura ecclesiastica, vel irregularitate, possit, & valeat cum illa absolutione absolvi, & cum illa dispensatione dispensari, intellige de occultis, & sic licite promoveri?

Respondetur, quòd sic, ita Nav. *conf.*

49. num. 12. *ver. ad quintum, de sent. exc.* ratio est, quia verba illa absolutoria, & dispensatoria debent aliquid operari, *l. 1. & ibi gloss. quod metus causa, c. solite, de major. & obed.*

Tertio, an promoti ad ordines minores ante legitimam ætatem sint suspensi?

Respondetur, quòd non. vide Navar. *loc. cit. num. 7. ver. quia,* nec Bull. Pii II. nec Concil. Trident. ponit suspensionem in minoribus, & licet Sixtus V. contrarium senserit, tamen illa Bulla fuit revocata, & reducta ad terminos juris per Gregor. XIV.

Quartò, si quis habitis dimissoriis à suo Episcopo ad ordines suscipiendos, & postea incidit in excommunicationem, an perdat usum dictarum dimissorialium?

Respondetur, quòd non, modò antequam accipiat ordinem, faciat se absolvere, & videtur sufficere absolutio illa generalis, qua utitur passim Episcopus in exordio promotionis, prout in *Pontif. & superius dictum est*: ita Navar. *loco citato, ver. ad primam quest.*

Quartò, an si quis habuerit dimissorias ad ordines à suo Ordinario hodie, & postea antequam ordinetur, incidit in aliquam censuram ecclesiasticam, possit uti dictis dimissoriis, illarumque virtute promoveri?

Respondetur primò, quòd per censuras ecclesiasticas incuras post habitas dimissorias, non perdit aliquam facultatem ipsarum dimissorialium, sed solum usum, ita Nav. *conf. 48. nante.*

numero primo, ver. ad primam, de sent. ex-
 commen. Dico secuadò, si ordinetur ad
 minores ordines, non efficitur irregu-
 laris, vel suspensus, idem loc. cit. num. 5.
 versi. ad secundam, cum fundamento
 Theologorum, afferentium ordines
 minores non esse sacramentalia, quod
 est verum secundum communem sen-
 tentiam Recentiorum: tertio, quod
 stante absolute, quam frequenter
 præmittunt Episcopi in exordio pro-
 motionis, qua absolvit omnes ordi-
 nandos ab omnibus censuris ecclesia-
 sticis, & dispensant super irregularita-
 tibus possibilibus, ille sic ordinatus
 etiam si sacros ordines sumeret, non
 esset suspensus, nec irregularis, idem
 loc. cit. num. decimo secundo, ver. ad quin-
 tum, ratio est, quia debent verba ali-
 quid operari; sed absolutio illa non
 ponitur frustra, prout in l. prima, & ibi
 gloss. ff. quod met. caus. Rebuff. in tertia
 parte signat. in claus. augendi, vel dimi-
 nuendi, num. secundo, ergo, &c. Dico
 quarto, si censura esset publica, & de-
 ducta ad forum exterius, licet in ordi-
 natione nullam contrahat suspensio-
 nem, vel irregularitatem, tamen postea
 utens illo ordine efficitur irregularis,
 quia absolutio illa non suffragatur in
 foro exteriori, ut patet vulgatis, & dixi
 in ver. absolutio, §. 2. Rebuff. in declar.
 nov. provis. super clausula, reque absol-
 ventis, numer. 15. Dico quinto, si iste
 fecit se absolvi à dictis censuris ab
 aliquibus confessariis virtute diplo-
 matum concessorum alicui confrater-
 nitati sacramentaliter, quod etiam
 illa absolutio fuisset ei valida, quo-
 Prax. Episc. Pars II.

ad forum interius, non autem in fo-
 ro exteriori, idem loc. cit. numer. 11.
 ver. ad quartum, ut dictum est supe-
 rius.

Dices, Rebuff. loc. cit. num. decimo-
 nono ait, quod absolutus ad effectum,
 per dictam clausulam, non potest ordi-
 nari, & si ordinetur, efficitur irregu-
 laris?

Respondetur, quod ibidem Rebuff.
 dicit, quod illa absolutio ad effectum
 ad nihilum patrocinator absolute, nisi
 ut provisio ei facta, valeat cum illa
 absolute, quæ aliàs non valeret,
 tunc ego dico, sicut absolutio data ad
 effectum alicui, facit ut collatio, seu
 provisio, sive dispensatio ei facta vale-
 at, quæ aliàs non valeret, & non quo-
 ad alia, si absolutio facta, intuitu ordi-
 num, valet quoad ordinum susce-
 ptionem, quæ alioquin non valeret, &
 non quoad alia, & hæc susceptio ordi-
 num erit valida & usus illorum non,
 aliàs frustratoria esset absolutio illa po-
 sita in Pontificali in fronte promotio-
 nis ordinum ecclesiasticorum, quod
 non debet dici, cum Ecclesia omnia se-
 riò faciat, & cum effectu disponat,
 Staph. de liter. grat. folio 149. num. 9.

Quinto, dubitatur, quia sac. Con-
 Trident. sess. vigesimatertia, c. 9. de re-
 for. dicit, posse Episcopum ordinare su-
 um familiarem triennale, modò ei
 conferat beneficium, si Episcopus con-
 fert beneficiù alicui, constat, quod ra-
 tione illius beneficii fit ei subditus, &
 sic intuitu illius potest eum ordinare,
 ut patet superius, in ver. dimissoria, §. 1.
 ergo nihil prodest ei familiaritas trien-
 P nalis,

nalis, cum absque ea possit eum ordinare ratione beneficii sibi collati?

Respondetur primò, quòd quando Episcopus vellet ordinare suum familiarem triennalem absolutè, & simpliciter, i. quia non habet animum residendi in posterum in loco Episcopi domini sui, tunc Episcopus non potest eum ordinare ratione solius familiaritatis triennalis, sed tenetur ei conferre beneficium propter adimpletionem sac. Conc. Trid. *sess. 21. cap. 22. de resor.* & Bulla Pii V. ne accepto ordine sine titulo, postea cogatur cum dedecore ordinis mendicare ad evitandas poenas, c. *Episcopi, c. tuis, de prab.* respondetur secundo, si verò Episcopus conferret alicui suo familiari beneficium aliquod, vel curatum, vel canonicatum, vel simplex sufficiens ad victum, excedens fortassis summam ducatorum quadraginta, vel quinquaginta certo, & permanferit cum eo spatio unius mensis, & habet animum illic residendi in futurum, potest eum ordinare ratione beneficii collati, quia si hoc licet unicuique, etiam suo familiari, qui saltem ei servivit per mensem, prout *sup. ver. dimissoria, §. quinto,* & tunc non est opus familiaritate triennali, Navar. *consilio secundo, de temp. ordin.* & *consilio vigesimo sexto,* & quòd hoc verum sit, perpende verba sac. Conc. ut benè notat Navar. *cons. undecimo, loc. cit. num. secundo,* quòd Episcopus non potest nec primam tonsuram conferre suo familiari triennali, nisi priùs conferat ei beneficium, sed clarum est, tam per sacrum Concilium, quàm

per Bullam Pii Quinti, quòd beneficium non est necessarium clerico, nisi quando vult ascendere ad sacrum ordinem. Respondetur tertio, si confert ei aliquod beneficium simplex parvi momenti, etiam vigintiquinque ducatorum, vel beneficium temporarium, ut putà servitia quædam Ecclesiæ, vel quasdam Missas celebrandas, non excedentes prædictam summam, tunc non posset eum ordinare ratione illius beneficii, tum quia debet sufficiens, prout dictum est *in ver. dimissoria, de patrimonio,* tum quia Rebuff. *in tit. de cler. & qui, & à quo creent, num. vigesimo primo,* quia beneficium temporarium parvi momenti, non parit domicilium, ut idem ait *loc. cit. & idem in declar. nov. provi. nu. 21. de præstem.*

Sextò, si Episcopus ordinavit suum familiarem triennalem, qui contulit beneficium, an possit cum eo dispensare in interstitiis, videlicet ut non elapso anno ab acolytatu, fiat subdiaconus, & similiter à subdiaconatu, diaconus, & ab hoc ad presbyterium?

Respondetur ex Nav. quòd non, *conf. 12.* ubi affert multas rationes.

Septimò, si Episcopus confert beneficium suo familiari à principio familiaritatis (aliàs licitè) an possit cum eo dispensare in superstitiis?

Respondetur, quòd si beneficium est curatum, vel canonicatus, vel quòd requirat residentiam, vel Missarum celebrationem, potest concernente Ecclesiæ necessitate, vel utilitate, quia si hoc posset Episcopus conferens benefi-

beneficium cuiusque, etiam conferendo illud suo familiari, quia non debet esse peioris conditionis suus familiaris, quam exter; nec obstat *con. 12. Nav.* quia intelligitur, quando ille triennalis familiaris non haberet animum residendi ibi, & ratio rationis est, quia tunc Episcopus non potest uti dispensatione propter Ecclesie necessitatem, vel utilitatem, imo etiam si ei contulerit beneficium simplex sufficiens, & habet animum residendi, *Nav. conf. 23.* intellige, si beneficium non est curatum, vel non requirit residentiam, vel Missarum celebrationem per semetipsum beneficiatum; nam dispensatio debet fieri cum causa, alias perperam.

Octavo, an qui ordinatur non servatis interstitiis, fiat suspensus, vel irregularis?

Respondetur, quod non, idque probat *Nav. conf. 4.* & licet *Bul. Sixti V.* aliter disposuerit, tamen fuit revocata, ut saepe dictum est per *Greg. XIV.* & reducta ad terminos juris communis, ratio rationis fuit, quia *Bul. Sixti V.* nil aliud agebat, quam innovare sacrum Concilium *Trid.* & addere novas poenas, ideo praefatus *Greg. XIV.* videns coacervari poenas, arbitratus fuit revocare eas, ad auferendos laqueos, & sufficere dictum *fac. Conc. jus commune, Bullam Pii II. & Pii V.*

Dices, si quis promotus non servatis interstitiis, non efficitur, nec suspensus, nec irregularis, cur opus non est Ordinarii dispensatione cum illo, qui vult promoveri non decursis interstitiis?

Respondetur, quod ante factum requiritur dispensatio, ad hoc ut fiat cum causa, & auctoritate Episcopi, post factum non incurruntur poenae praedictae, per regulam, *multa facta tenent*, & ad evitandum peccatum, ut patet de impedimentis impediens matrimonium, sed non dirimentibus, ante factum impediunt, post factum vero non, & tamen ante factum requiritur dispensatio Episcopi saltem, vide *Navar. conf. 6. & 12, loc. cit.* & patet *vulgatis.*

Nono, an ordinati cum dimissoriis sui Ordinarii, ubi dicebatur, etiam non servatis interstitiis, die non festivo; prout de jure communi cavetur, *c. de eo. de temp. ord. Syl. in ver. ord. 2. §. 6. ver. 2. Armil. ver. Ordo, §. 7. Pont.* ubi habetur, quod diebus festis manet, & in Missa.

Respondetur, quod non sunt suspensi, neque irregulares, *Navar. conf. 6. de temp. ord.*

Decimo, an possint conferri alicui minores ordines extra Missarum celebrationem?

Respondetur, quod sic, sed manet & ubicuique, ita *Pontific. loc. cit. de ordin. confer. §. minores vero*, ubi nulla fit mentio de Missa, *Sylvest. in ver. ord. 2. §. 9. & 11. Assens. lib. 6. tit. 4. quest. 1. Host. in sum. tit. de sac. Vnct. §. & a quo, num. 7. glos. in c. omnes basilicae, de consecr. dist. 1. Addit. in Host. ibi litera D.* imo hoc asserunt etiam de ordinibus sacris, quod ego censeo posse fieri, quoad sacros in terris haereticorum, ad evitandum pericula, prout in primitiva Ecclesia quoad minores, stante aliqua infirmitate

Episcopi, qui posset ordinare, & non celebrare, vulgatum est illud Theologorum, tria esse de essentia Sacramenti, materiam, formam, & intentionem, imo ordines minores potest Episcopus conferre, quando, & ubi libitum fuerit, *c. quando, 7 §. dist. Rebuff. in reg. cancell. 25. num. 5.*

Undecimò, qua praxi utendum, quando Episcopus voluerit agere ordines generales, quæ solum sex temporibus anni fieri possunt, nempe Quatuor temporibus, Sicuties, & Sabbato sancto: dico, quòd per mensem, ante ordines debet ponere edictum ad valvas Ecclesiæ cathedralis, vel alibi, ubi ei magis convenire videbitur, quòd vocentur omnes ordinandi, & tunc accipiant commissionem ab Ordinario directam Parocho, pro capienda informatione, prout dictum est *supr. s. 2. requiritur.* postea feria quarta ante ordinationem, omnes præsentari debent coram Episcopo, &c. sed hinc dubitatur, primò istæ denunciationes possunt fieri in Ecclesiis, diebus ferialibus, an sit necesse diebus festis, & quidem sac. Concil. nihil de his decernit, tamen consuetudo usu recepit, quòd diebus festis, & non sine ratione, Argum. ejusdem sac. Conc. *sess. 24. cap. 1. de reformat. matr.* & valet argumentum à corporalibus ad spiritualia, & gl. in *Clem. 1. in ver. publicè, de sepul.* præter eà, quia requiritur, ut adint personæ, quæ possint deponere & contradicere, ad hoc, ut populo innotescat, facit *Bul. Gregor. XIII. & reg. Cancell. de publ. resignat.* dubitatur secundo, an possit

Episcopus ex causa super his dispensare, ut fiant diebus feriatis? Respondetur, mihi videri, quòd non. Argum. eorum, de quibus *suprà*; sed potius remittere eas ex causa, prout de matrimonio dictum est; tertio, dubitatur, quando debent examinari ordinandi, per mensem antè, & postea accipere ab Episcopo literas testimoniales directas parocho, ut *suprà*. An factis denunciationibus, & capta informatione de ætate, natalibus, moribus, & vitâ, & videtur, quòd post, tamen tutius est, ut examinentur, priusquam fiant denunciationes in Ecclesia, & capiat prædicta informatio, & sic ego practicavi, & vidi praticari indifferenter, & non absque ratione, quia si prius fierent denunciationes, & caperetur informatio, & postea in examine deficerent, esset magna verecundia ordinandis. Dices, quomodo respondetur Concilio, dicenti, quòd feria quarta ante Sabbatum debent examinari? Respondetur, quòd loquitur de examine generali faciendo generaliter cum omnibus ordinandis. Dices, quid si in proximo examine fuit repertus idoneus, & in secundo deficiet? Respondetur, sibi imputetur, secus verò, si esset notoriè idoneus Ordinario, in *c. de Petro, 47. d. Host. loc. cit. §. quid juris, nu. 6.*

An requiratur tactus? Respondetur, quòd utraque opinio potest sustentari, *D. Thom. in Addit. tertia par. quest. 34. art. 5. ad tertium. Cajet. in sum. in ver. ordinandi, & quodlibeto 16. Sor. 4. Sent. dist. 24. q. 2. ar. 2. Host. tit. de sac. Vnct. §. 2 quo,*

à quo, nu. 7. Sylvest. in ver. ordo, 2, §. 5.
ver. 3.

O S C U L U M.

Primò, osculans persona ecclesiastica mulierem etiam violenter, qua poena sit punienda, vide Clar. *quest. 83. ver. osculum*. Secundò, an per osculum uxoris possit fieri divortium, ut amittat dotem uxor ab alio osculata, vel probetur adulterium, vide præter cæteros, Cov. *de spons. 2. part. c. 6. §. 6. nu. 3. & 4.* terciò, osculum libidinosè habitum, nisi sit inter conjuges, est peccatum mortale, Cajet. *in sum. in ver. osculum*, similiter de omnibus actibus impudicis; idem *ver. impudicitia*, secus verò, si osculum fiat ex benevolentia, ac juxta morem patriæ, idem *loc. cit.*

P A L A T I U M.

Palatum Episcopi gaudet immunitate Ecclesiæ, non solum si intra quadraginta passus ab Ecclesia constitutum sit, sed etiam si extra, gl. *in c. id constituimus, 17. q. 4.* Inn: & Host: *in c. inter alia, de immun. Eccl. Abb. in c. Ecclesia, nu. 9.* & ibi Henric. *col. ult. eod. tit.* Oldrad. *conf. 55.* Cov. *lib. 2. c. 20. nu. 5. ver. 5.*

P A R O C H U S.

Primò, cujus parochi præsentia requiritur in contrahendo matrimonio parochiæ, viri, an mulieris?

Respondetur, quòd alterius sufficit,

Nav: *conf. 3. de cland. desponsat. nu. 1.* & hoc quando contrahitur in parochia sua, aliàs non, nempe quisque parochus in sua, & non in aliena; ita dicit declar: sac: Cong: & *conf. 4. nu. 1. ver. 3.* dicit idem ex mente ejusdem sac: Cong: quòd sufficit præsentia alterius, in quacunque parochia contrahatur. **verùm** hoc videtur satis durum dicto auctori, & mihi, nempe, quòd parochus mulieris possit adesse matrimonio contrahendo in parochia viri, & è contrà, ideo juxta suam, & meam opinionem debet intelligi quisque in sua parochia, non ut alter audeat in parochia alterius, quia esset usurpare jus alienum, quod fieri nequit cum præjudicio alterius, *c. nullus, cum seq. q. 2. Clem. 1. de privit. eò vel maximè, quando essent contrahentes diversarum diocesium, quia tunc, & parochi, & Episcopi jurisdictionem usurparet. sed posset dubitari, si parochus viri assistat, vel interveniat matrimonio contrahendo, in parochia femine, licentia parochi, femine, vel è contrà, an sit nullum matrimonium? Respondetur ex Apostilla, sive Appendice in *conf. 3. de cland. desponsat. Navar. ubi habentur hæc verba: Adverte, ne ex solutione prima q. inferas, ergo si solus parochus viri interveniat, quando matrimonium contrahitur in parochia femine, vel è converso, sit nullum, quia refertur à sac. Cong. resolutum validum esse, ut etiam auctor refert, con. sequenti, posset dubitari secundò, sac. Conc. sess. 24. c. 1. §. qui aliter, irritat matrimonium contractum sine præsentia parochi? Respondetur, quòd intelli-**

ligitur, quando deficeret uterque, id est, parochus feminae in parochia viri, vel e contra. Sed adesset parochus alius exterus absque licentia. dubitatur tertio, sac. Conc. dicit esse suspensum parochum, si interveniat sine licentia? Respondetur, quoad suspensionem incurri quidem à parcho feminae auctorizante in parochia viri sine licentia ejus parochi, quia quod sac. Cong. affirmavit de uno, non videtur affirmasse de altero, & à diversis non fit illatio.

Secundo, contrahitur matrimonium inter duos, in aliquo pago, casali, villa, rure, ibi commorantur per duos, vel tres menses, animi, vel negotii causa, an parochus illius pagi, casalis, villae, ruris, posset esse legitimus Sacerdos in dicto matrimonio contrahendo?

Respondetur negativè, sed esse parochum proprii domicilii, ita Navar. *consil. 7. de cland. despons.*

Tertio, an Parochus, non Sacerdos possit interesse matrimonio contrahendo, juxta sacri Concilii dispositionem?

Respondetur, quod Nav. *consil. 9. loc. cit.* dicit, quod sic, tamen sac. Cong. censuit oppositum, ut ibi dicit Apostil. nempe quod tunc temporis ipse parochus non sacerdos debet dare licentiam alteri qui sit Sacerdos, quod etiam annuit ipsemet Auctor, *consil. 10. de Vic. generali Episcopi, qui non sit Sacerdos*, & ita est tenendum, quia sac. Concil. loquitur de parcho, quod sonat Sacerdotium, sicuti de extrema unctione, Jac. *cap. ultim. & c. licet canon. de elect.*

lib. 6. vide superius, in ver. matrim. §. 2.

Quarto, quidam volentes contrahere matrimonium inter se Neapoli timentes aliquod impedimentum ibi futurum à malignis vel parentibus, pergunt Romam, in qua, post aliquot dies de licentia Ordinarii ipsius Civitatis Neapolis contrahunt, an possint? Navar. *consil. 14.* dicit, quod non, quia in *c. ut animarum, de const. lib. 6. & alijs, quae allegat*, dicit extra territorium, &c. hic videtur esse necessariam praesentiam Parochi Romae, seu licentiam Ordinarii ejusdem, & quod banna, seu denunciations debent fieri in loco, ubi contrahitur matrimonium, & in parochia ipsorum contrahentium, nempe Romae, & non Neapoli, hoc tamen temperarem, si fierent denunciations Neapoli, antequam inde discederent, & ipsarum denunciationum afferrent fidem authenticam à parcho Neapolitano, vel ejus Vicario Generali, quod tunc posset parochus Romae eos admittere ad matrimonium contrahendum absque eo, quod iterum denunciations fiant Romae, sed tutius est, ut ibi iterum fiant, prout annuit Sac. Cong. *sess. vigesimaquarta, capitulo septimo, de resor.* nota pro casu quotidie praticabili; nam si fierent Romae tantum denunciations, quis posset deponere de impedimentis, ubi sunt ignoti? Ergo melius est, ut fiant utrobique, prout dictum est superius.

Quinto, an matrimonium possit contrahi coram parcho, & testibus juxta formam sacri Concilii, sub conditione, ut si quis dicat, Ego volo te in

in uxorem, si des mihi mille pro dote, & mulier dicat, Ego duco te in virum, si dones mihi mille propter nuptias? Respondetur, quod sic, & purificata conditione, & stante eodem consensu, est verè matrimonium, & non indiget, ut iterum contrahatur cum requisitis à Conc. Navar. *conf. 1. de condi. ap. post.*

Sextò, contrahitur matrimonium Neapoli in virum Hispanum, & uxorem Hispanam, vel virum Hispanum, & uxorem Italam, vel contra, ubi fieri debent denunciations, in Hispania, vel Italia? Respondetur primò, quod si fieri possit, in ambobus locis: dico secundò, quod Neapoli, in una parochia, si in una habent ambo domicilium, sed in duabus si in duabus habitant. dico tertio, requiritur fides, quae testificetur, nullum canonicum adesse impedimentum: dico quartò, ista fides, si potest venire ab Hispania, optimum erit, si non, potest fieri Neapoli, testificantibus multis, quatenus nullum obest impedimentum, & ita practicavi in terra Capitis Silaris Compzanæ diocesis, in qua quidam miles Hispanus duxit uxorem Italam, & iussit fieri fidem authenticam Neapoli à Cappellano majori, & ita vidi praticari Neapoli, ad quod sint cauti ordinarij, & parochi, ut omnia fiant causa cognita, pro observatione sacri Concilii Tridentini, *sess. 24. c. 7. de reform. matr.*

* * *
* *

PAROCHIA:

Quia Parochia dicit portionem curæ, quia rector Ecclesiæ curam habet animarum, *c. Ecclesiæ, 13. q. 1. cap. primo, de Eccles. Monach. & præficiendus in illa cura, debet examinari. Ponuntur istæ quæstiones pro praxi Gem. in c. licet canon, de elect. lib. 6. ver. quero quid sit parochia.*

Primò, an semel examinatus, vel approbatus in uno concursu ad parochialem, si contigerit alia vacatio, debeat iterum examinari?

Respondetur primò, quod quoad parochiales sic, quia potest inveniri alius magis idoneus illo, & datur forma, quam non licet prætermittere Episcopum, ut patet *superius, in ver. parochia, §. 2. dub. 2.* etiam si esset juris patronat? Respondetur secundò, quod approbatus ad parochialem, non debet examinari quoad literaturam, intellige, si concurrat solus; secus verò, si alii concurrant, quia posset esse minus idoneus aliis, & tunc sufficit solum indagare circa mores, *c. de Petro, & ibi gl. in ver. ignota, 47. dist. Cavalc. dec. 19. Caputaq. decis. 367. p. 2.* ratio est, quia mores variantur Indies, & non ita literatura.

Secundò, an favere indignis, ut præponantur dignis, vel dignioribus, sit peccatum?

Respondetur, quod peccant, Navar. *in c. inter verba, 11. q. 3. concl. 1. nu. 13. & de oratione cap. 22. miscellan. 45.*

Tertio, an cogendi sint parochiani audire Missam, & concionem in sua parochia?

Re-

Respondetur primò, prout dictum est superius, §. 4. secundò, quòd est videnda sac. Congr. declar. 494. Archiepiscopo Caleritano, in hæc verba: Reverendissime domine, ad aures S.S.D.N. pervenit populum istum ab amplitudine tua Reverendissima anathematis pœna proposita cogi Dominicis, & majoribus diebus festivis frequentare suas parochias, quòd ejus sanctitati durius videtur, quam prescriptum sit à sac. Concil. quòd prescribit de ea re populum moneri tantum debere, nec fugit amplitudinem tuam Reverendissimam, quam sobriè, quantaque circumspèctione ex ejusdem Conc. Trid. præcepto excommunicationis gladium exercere oporteat. Itaque sua sanctitatis jussu amplitudinem tuam Reverendissimam hortor, ut anathematis pœnam tali in re amovendam, ac tollendam curet, quia cum istis hominibus omnem cohortationis & admonitionis genus, ut parochias frequentent, vehementius adhibuerit, ejusdem etiam prudentia & pietatis erit istud anathematis remedium, quòd intempestivè adhibitum magis perniciem affert, quam salutem, quemadmodum etiam à sac. Cong. sapientissimè prescriptum est, non, nisi ex gravi causa adhibere, cui salutem, & incolumitatem precor.

Quartò, an possit retineri parochia cum canonicatu simul?

Respondetur, quòd non, ut sup. in ver. beneficium, §. 7. con. 8. & 7. circa medium, & in ver. canonica, §. 20. quòd cõtigit mihi in factò Benevèti. & ratio est, quia quisquis non potest duobus in locis, uno eodemq; tempore residere, s. Sanctorum, 70. dist. accedit sac. Conc.

decl. 77. in meis, ubi censuit in hæc verba, parochiales Ecclesie sunt incomparabiles cum beneficijs, in quibus assignata sunt distributiones quotidiana, quas à divinis absentes amittunt; & decl. 167. censuit in hæc verba, Conc. Trid. prohibet, quòd habens canonicatum non posset acquirere parochialem, & econtrà, & decl. 419. censuit in hæc verba: Habenti parochialem datur canonicatus cathedralis, sed duobus illis mensibus elapsis, non sua culpa, quibus debeat dimittere parochiam concedatur, ad dimittendũ, quatuor menses, & dicta sac. Cong. fundatur, & loquitur juxta dispositionem Extravag. execrabilis, & ita censuit eadem sac. Cong. 474. Archiepiscopo Genuensi de duob. canonicatibus, vel duobus beneficijs, requirantibus residentiam, & non potui obtinere Benevèti parochiam, cum canonicatu, licet hoc non tentaverim, quia sciebam hoc non posse rata fieri conscientia, habere scilicet cum uxore concubinam.

Quintò, an Monasteriũ datum in cõmendã, licet habeat curã animarum, cõprehendatur appellatione parochialis, de qua in cap. 17. sess. 24. Con. Trid.

Respondetur, quòd nõ, à sac. Cong. dec. 326. in meis, cujus sunt verba formalia in dubitatione posita.

Sextò, an parochus, sive rector teneatur ad reparationem parochiæ, sive beneficij, & prælatus ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis?

Respondetur, quòd sic de redditibus, qui sibi supersunt, c. de his Eccl. adific. & intelligo deductis expensis necessariis, ita Cap. Tolos. questio. 499. nisi ad sit

adfit consuetudo quòd populi teneantur ad reparationem, vel adfit quarta pro fabrica, & si non subsunt redditus deductis necessariis, recurrendum est ad parochianos, idem Addit. *ibi*, Sac. Con. Trid. idem in *q. 4. 400.* & facit *de clar.* Sac. Cong. 276. in *meis*, ubi censuit, si parochiani nolint, vel non possint reparare Ecclesiam parochialem, quòd destruat penitus, & habui in facto hunc casum, in terra Trammuntii Amalitanæ diocesis, ubi quædam parochialis juris patronatus, quæ habebat duodecim ducatos ex redditibus, & indigebat reparatione, fuit dubitatum, ad quem pertinebat dicta reparatio, ego consului ad Rectorem, quia fructus erant tenues, non ad patronum, quia nullos fructus ex ea percipiebat, sed ad parochianos, per jura superius allegata, & Aurrer. in *d. alleg. facit cap. 1.* & ibi Panor. *de Eccles. edifi.* Con. Trid. *sess. 21. ca. sess. 24. ca. 13. de refor.*

Seprimò, parochia non habens parochianos, vel propter bellum, vel aliàs, an teneatur provisus de illa dispositione, *ca. licet canon.* negativè tenet Selua 3. *par. 9. 42. num. 1.* Reb. *de promot. intra annum, num. 34.* similiter si fuerit unita beneficio simplici, etiam Archidiaconatus, vel præbendæ, quia beneficium assumit naturam beneficii, cui unitur, *capit. recolentes, de stat. monachor. in fine, cap. extirpanda, §. qui verò, de præb. Reb. loc. cit. num. 31.*

Dices; hoc est contra regulam communem, qua asseritur, quòd beneficium dignius non potest uniri beneficio minus digno, & quòd parochialis

Prax. Episc. Pars II

solùm possit uniri canonicatui cathedrali, & non collegiati, prout in *cap. exposuisti, & ca. sup. eo, de præb. lib. 6.* & tamen Reb. in *reg. de idioma, gl. 2. numero 7.* & de union. *num. 17. & 18.* dicit posse uniri monasterio monialium, & beneficio simplici, & quòd tunc non cadit sub dispositione, *capit. licet canon.* tamen hoc videtur satis durum, & non posse stare, ut parochia habeat curam parochianorum, & beneficiatus in dicto beneficio simplici, cui unita est parochia, non teneatur promoveri ad sacros ordines, quis enim exercet curam animarum? nisi dicas, quòd vel in ea ponetur Vicarius perpetuus, prout dicit idem *num. 7.* vel quòd sit destituta parochialis, vel diruta, vel aliàs, prout *sup. ista Selua 3. particul. qu. 61. num. 2.* Gomez. *de expectat. num. 36.*

PAUPERES.

PAuperes mendicantes tempore, quo divina officia celebrantur, mendicare prohibentur, Pius V. *Bul. 5. quæ incipit, Cùm primum.*

POENITENTIARIUS.

PRimò, sæpè impetrantur literæ absolutoriæ, vel dispensatoriæ à sacra pœnitentiaria in foro conscientie, ut impetrans adeat aliquem doctorem, vel in sacra Theologia, vel decretorum, & sic vulgò solet committi, si præfatus præsentet alicui literas illas, an possit eo relicto, alium adire?

Respondetur, quòd non, etiam si primò

Q

md

mò electus consentiret: ratio est, quia per primam literarum præsentationem, uterque functus est officio suo, alter præsentando, & alter aperiendo eas: nam de stylo poenitentiarie solet poni illa clausula, quòd data absolutione lacerentur, vide *Navar. conf: 8. de off. leg.* Secundò, præterea, quia ibi dicitur Doctor Theologiae, vel decretorum, an sufficiat, quòd sit Licentiatus, vel approbatus à sua religione, vel à Rectore alicujus collegii approbati?

Respondetur primò, quòd sic, quia ita censet *Sacr. Con. ses. 22. ca. 2. de reso.* multis in locis, & præcipuè de promovendo ad Episcopatum. Secundò, quia sic vidi praticari, alioquin in religionibus, vel Congregationibus ubi non fiunt, neque magistri neque doctores, non possunt eligi ex illis confessarii, pro tali effectu, quòd non est dicendum, sed mens sacrae poenitentiarie est, ut eligatur vir doctus, & non solum doctor, sed quia regulariter doctores solent esse docti, & stylus ponit se intuto.

Tertiò, dubitatum fuit, quando poenitentarius possit subdelegare suam auctoritatem, nunc dicitur breviter, quando ei dicta potestas competat privilegio perpetuo, vel consuetudine, vel virtute potestatis Ordinarii, vel jurisdictionis delegata à Principe, *Navar. conf: 1. de const. n. 86. & conf: 3. n. 34. de stat. mon.*

Quartò, de facultatibus, & auctoritate majoris poenitentarii sanctae Romanae Ecclesiae: vide *Julii III. Bull: 1. quae incipit, Rationi, & de reformatione of-*

ficii poenitentiarie, vide *Bull: Pii IV. 96. quae incipit, in sublimi, & Pii V. 85. quae incipit, in omnibus.*

Quintò, an poenitentarius in partibus possit imponere poenitentias poenitentibus pro casibus reservatis, puta presbytericidio, & uxoricidio, quas solet imponere poenitentaria Romana? *Navar. conf: 28. de poeniten. & remiss.* censet, quòd non, sed debet intelligi in omnino occultis, ut ait *Apostil. ibi.*

Sextò, Poenitentarii Papae habent exercitium clavium in Curia Romana, etiam Pontifice mortuo, & dicuntur judices animarum. *Paul. Rom. tract. de pens. cap: 7. num: 1.*

PENSIO.

Primò, quòd dictum est, Episcopum non posse imponere pensionem super beneficiis, intelligendum est juxta formam Sacri Concilii, *Nav. conf: 4. num: 2. de sim. licet conf: 13. de rebus Eccl: non alien. n. 2. dicat, id non esse ulu receptum, & ita Rebuff. titulo de reservat. num: 29. & de requis. ad collat. num: 6. dicit, Episcopos posse imponere pensiones, sed propter ignorantiam: vel negligentiam id amisisse: & quantitas ponenda in beneficio pro pensione videatur, idem *conf: 43. de simon. & conf: 63. n. 2. dicit Episcopum ponere posse pensionem cum causa, per capitulum extirpanda, §. qui verò, ver: illud autem, de præben. hoc tamen recessit hodie ab aula, ut habetur in ver: pensio. sed nescio quomodo: nam *Paul. Rom. tract. de pen: c. 15. num: 10. & c. 1. §. redeundo, n. 5. tenet***

tenet apertiffimè, Episcopum posse imponere pensiones super beneficiis suæ diocesis, alii etiam Doctores, & Rebuff. Navarr. & nonnulli alii, quos brevitatis causa non cito, & nullibi reperitur prohibitum; ergo nescio quomodo Epif. non utantur jure suo, nisi dicantur per contrarium usum, vel ut ait Rebuff. per ignorantiam recessisse ab aula.

Secundò, pensio non accedit medietatem fructuum, & in reservatione illius, non est necessaria expressio valoris, Caputaq. dec. 299. par. 2. & Navar. conf. 43. de simon. dicit per adæquationem fructuum in permutationibus usque ad relevamen alterius.

Tertiò, pro pensione competit actio personalis, & successor in beneficio onerato pensione, videtur quasi contrahere, & obligare se ad illud onus, §. omnium, Instit. de actio. Guid. Pap. q. 577. Cap. dec. 302. par. 2.

Quartò, pensio vacat pro promotione ad Episcopatum, sicut omnia beneficia, nisi detur retentio per Papam, Abb. in c. cum in cunctis, num. 3. de elect. Gigas tract. de pens. quest. 56. Caslad. de const. dec. 2. Caputaq. 302. p. 2. cum seq. & 313. sed hoc intellige post possessionem, & consecrationem, idem dec. 294. & 406. vide inferius, ver. vacatio, §. 1.

Quintò, potest regredi resignans beneficium cum resignatione pensionis ad beneficium resignatum ob non solutionem pensionis à pensionario, etiam si pars non sit soluta, Caputa. dec. 9. p. 3. patet à simili in emphyteuta non

solvente integrum canonem, prout patet superius, in ver. emphyteuta, in ver. colonus, in ver. locat. & vulgaris.

Sextò, qui est incapax beneficii, est etiam pensionis, & hoc tam quoad impedimenta, nempe irregularitatis, & aliorum, quàm quoad ætatem, Selua 3. p. 9. §. nu. 17. ver. decimus septimus. Nav. conf. 11. de temp. ord. Con. Trid. sess. 23. c. 6. de refor. fallit in laicalibus, prout in c. cum in Ferrariensis, de const. & dictum est supra.

Septimò, pensio potest poni etiam super distributionibus quotidianis, & exigi à pensionario de omnibus annis à successore, quibus à prædecessore non fuerunt soluta, & etiam pro tempore vacationis, si perceperit fructus. Nav. con. 1. vel solut. sed potest repetere eos ab hærede prædecessoris, idem conf. 2. eod. idem intellige si aliàs non posset, aliàs recuperaret à successore.

Octavò, an pensio possit extinguì? Respondetur, quòd non pacto privato, nisi auctoritate Papæ. Paul. Rom. tract. de pensio. c. 6. per totum, sed decisivè, in ultimo, idem de permutatione, & de renunciatione, idem §. nunc venio, n. 5. loc. cit.

Nonò, an pensio constitui debet, quæ non excedat tertiam partem reddituum, idem c. 1. n. 4. Imola in Cl. quia regulares, de excess. prel. & ita dicit esse de stylo Curie, aded quòd si beneficium valet centum, non potest constitui pensio ultra triginta quatuor ultrò, citroque.

PENSIONARIUS.

P O E N A.

Primò, pensionarius debet clericaliter vivere cum habitu, & tonsura clericali, nisi in aliquam militiam se conferret, debet esse legitimus, & recitare Officium Beatæ Virginis, prout Bulla Pii V. relata à Navar. *cap. 2 §.* Potest petere pensionem, non exactam à prædecessore, à successore, si valor expressus fuit minor, debet minorem pensionem tenere per recompensationem pro expeditione Bullarum, Nav. *conf. 3. de honest. cler. conf. 61. de sim. conf. 1. & 2. de solut. conf. 13. de rescript. tenetur pro rata ad reparationem Ecclesiæ, nisi pensio sit libera ab omni onere, conf. 1. de Eccles. adific. debetur, quando est constituta, habita, vel non habita possessione beneficii à beneficiato, quando hoc fuit appositum in facto, conf. 32. num. 4. de præb. potest solvi per solam signaturam in conscientia, nisi forma obftet, conf. 6. de nunc. conf. 55. de simon. conf. 2. de pact. conf. 2. de sol. si quis vellet redimere pensionem absque licentia Papæ, licet hoc fieri nequeat, tamen si fiat, non incurritur excommunicatio imposta contra simoniacos, conf. 59. 60. & 62. de simon.*

Secundò, pensionarius potest disponere de redditibus expensione ecclesiastica perceptis in testamento, & eo intestato succedunt hæredes ad eodem in *c. cum officio, n. 6. de testam. Sig. de pensio. q. 52.* quod tamen negat posse fieri de beneficio simplici, & hoc quia pensio non cadit in materia beneficii.

Primò, solet quis aliquando emitte re votum pœnale, ut si lusero tali ludo, solvam centum tali Ecclesiæ: si contrafecerit, & venerit Jubilæum, in quo conceditur commutatio votorum, an possit tunc confessarius dictum votum ex causa commutare tali Jubilæi auctoritate?

Respondetur, quòd sic, sed non remittere pœnam incursum ob illius fractionem, quia à diversis, & separatis non fit illatio, *l. Pap. ff. de minor. c. ad audientiam, de decim. Nav. conf. 31. de vot. ratio est, quia in Jubilæis datur facultas commutandi vota, & non remittendi transgressiones pœnales, hoc tamen fallit in Episcopo, qui potest & vota commutare præter excepta, & pœnam ex causa relaxare, prout in *c. de pen. & remis. non omittam, quòd hunc casum habui Surrenti, quidam Nobilis vocit Confraternitati sanctissimi Sacramenti, se soluturum centum, si luderet, postea contrafecit, Archiepiscopus illius civitatis fecit eum vocare Neapoli in magna Curia Vicariæ, ut eum cogeret ad solvendum dictam pœnam, verum ab ea fuit decretum non deberi, quia pœna non debetur, nisi quatenus concurrat interesse, ut dixi superius, in ver. pœna.**

Secundò, pœna privationis beneficii, vel præsentandi, vel eligendi in jure patronatus, vel depositionis, non debet imponi, nisi ibi reperitur expressum in jure, notat Abb. & gloss.

In c. si. de jure patr. & gl. in sum. 15, quest. 8, Jason: in l. 1, num: 11, & infra de transfat: facit quod in pœnalibus non fit extensio de casu ad casum, vel de similibus ad similia, nisi in quibusdam, prout dixi in ver: extensio, in 1, p. sicut nec vassallus venit privandus feudo, nisi in casibus expressis, Iser. in c. 1, quod vassal: jur: deb: fidel. facit quod nemo in dubio præsumitur irregularis, c. significasti, il primo, de homicid. Nav. in Manual: c. 27, à num: 49, & 193, notab: 3. ubi habes in dubio nullum censi irregularem, & hoc maxime in foro exteriori.

Tertio, ubi quis delinquit, & non est capax pœnæ à jure impositæ, tunc erit locus pœnæ ordinariæ, Gem: in c. si compromissa, §. & idem, ver: nota istam gl: de elect: lib: 6. facit pro minoribus, vel mulieribus, vel ægrotis delinquentibus.

PEREGRINI.

Primò, Peregrinus clericus absque dimissoriis sui Ordinarii, non debet admitti ad Missarum celebrationem, Conc: Trid: sess: 22, cap: quarta cura, §. deinde, in tit: de cler: peregr: §. extranei, c. primates. 71, dist.

Secundò, si celebrat quis extra suum Episcopatum, absque dimissoriis sui prælati, non incurrit aliquam pœnam de jure communi, licet male faciat, nisi de jure speciali aliquarum cathedralium, & præsertim Neapoli, ubi adest pœna suspensionis lata sententia in Conc. dicecesano, ut refert Afflict. in consuet: Reg: hoc tamen fallit quando

Episcopus, qui ordinat aliquem ad presbyterium cum dimissoriis sui Ordinarii, quia tunc per illas recentes dimissorias potest eum admittere ad celebrationem, quamvis illæ sint solum, quoad ordinem suscipiendum, & non quoad celebrationem, quia videtur sufficere notitia, & negotii veritas, nec obstat quòd pontificale dicat, in fine promotionis presbyterorum, quod nullus ad eundem ordinem promotus prius celebret, quàm cæremonias ritusque ad celebrationem necessarios edifcat, quia supponitur eos callere, vide Nav: cons: 1, de cler: peregr.

POPULUS.

Populi appellatione, an veniant clerici? Respondetur affirmative, §. plebifecum, Instit: de jur: nat: Selua 3, p: 9, num: 3. hoc intellige in favorabilibus, ver: 91. si interdicitur populus, non ita censentur interditi clerici, nec econtra, Sylvest. in vers: interdictum, 2, nu: 9, ver: octavum.

POSSESSIO BENEFICII.

Primò, per quem debet dari possessio?

Secundò, an quis per seipsum possit eam capere?

Tertio, an requiratur instrumentum, vel sufficiat scriptura privata, & testium depositio?

Quartò, quomodo probetur?

Quintò, quid fieri debet ab accipiente possessionem?

Q 3

Ad

Ad primum respondetur, de jure pertinere ad Archidiaconum, *cap: ad hęc, de off: Archid: vel ad Decanum, capit: post elect: de concess: præbend:* tamen hodie, per quemcunque capitur, sive Notarium Apostolicum, sive Regium: nam sic mandari videtur Ordinario ab Episcopis in Bullis beneficalibus, *Rebuff: in for: dimiss: in possess: num: 11. & 13. & quæ verba debent poni in scriptura capturæ possessionis, vide ibi, nu. 14. etiam per clericum, vel sacerdotem, vel per Notarium ab Episcopo creatum, Rebuff: loc: cit: n. 131*

Ad secundum respondetur, quod non, *Rebuff: de requisit: in lit: col: num: 22. & infra: ratio potest esse, quia inter agens, & patiens debet esse differentia, Arg. ut de quodam jubileo, cap: debitum, de bap. ut de jur: patro. ubi quis non potest seipsum præsentare, & sic ipsum eligere, capit: per nostras, & ibi gloss: in versic: præsentare, de jure pat. & d. c. debitum, & ibi gl. in ver. discret. Sed si quis propria auctoritate capiat possessionem, quam pœnam mereatur? Respondetur, quod *Rebuff. dicit ex quibusdam, quod privatur ipso jure beneficio, per capit: eum qui, de præb: lib. 6. tamen ille tex. loquitur de violenter capiente possessionem, non de juridicè, ego dicerem, quod pœna arbitraria, cum videatur sibi facere jus, Reb. loc: cit: num: 2.**

Ad tertium. Respondetur, quod non, sed sufficit Scriptura privata, trino teste signata, quæ æquivaleret instrumento, *Rebuff, loc: cit: num: 4. immò etiam per testes, ibidem.*

Ad Quartum, probatur per ea, quæ dixi *superius*, instrumenta, scripturam privatam, tribus testibus, & per testes.

Ad Quintum, respondetur per ingressum Ecclesiæ, aquæ benedictæ asperisionem, osculum altaris majoris, sonum campanæ, aliqui addunt tactum libri, sed sufficiunt ea quæ dixit *Rebuff: loco citat: num: 17. & infra.*

Pro possessione, electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione alicujus Ecclesiæ, vel beneficii canonicatum, aut præbendarum nihil potest accipi, nisi qui in pios usus convertuntur, & hoc si observatum consuetudine immemorabili, quod si ita non erat, non potest modò id, quod prius vertebatur in usus profanos, facere Episcopus ut convertatur in usus pios, quia esset innovare, & simoniacum, *Navar. cons. 23. n. 101. & Sac. Con. dec. 266. in meis, censuit in hæc verba: Dulciana multa intelliguntur esse de genere prohibitorum, à Conc. Trid. s. 14. sess. 24. ab aliquo capit. exigendorum, pro admissione in possessionem alicujus novi canonicatus.*

POSSESSORIUM.

AN de possessorio rei ecclesiasticæ possit cognoscere iudex laicus, & multi Doctores, ut Joannes de Syl. 1. p. q. 7. n. 12. ver. 8. arguitur, & *Afflict. in const. de burgentacis, rub. 63. q. 8. n. 7. tenet, quòd sic, tamen Covar. pract. q. c. 35. num. 1. dicit quòd non, idque pro-*

probat ratione: nam si causa est inter clericos, habent iudicem competentem, si inter clericum, & laicum, & clericus est reus, similiter, quia actor sequitur forum rei, *c. cum sit generale, de for. compet.* si laicus est reus, itidem, quia causa possessorii in beneficialibus pertinet ad forum Ecclesiæ, *Clem. 1. de cau. possess. & propriet. & Clem. unica, de sequest. fruct. & possess.*

Aliqui possunt salvare dictum Sylvani, & Afflicti in casu de quo ipsi loquuntur, quando clericus haberet beneficium auctoritate ordinaria, & possedit, venit alter provisor à sede Apostolica cum commissario Apostolico, & literis Apostolicis, privat illud de facto possessione, tunc clericus spoliatus habet recursum ad officiales Regios, pro defensione allegans se non potuisse sic abrupto spoliari, & tunc officiales Regii se intromittunt ad restituendum spoliatum, ita *Affl. loc. cit. rub. 67.* tamen ista doctrina non potest stare, & *Cov.* melius dicit per rationes suprapositas: nam vel reus clericus, vel actor, vel utrique adeant Ordinarium.

Aliqui possent dicere, quando beneficium esset regium, putà juris patronatus, vel nominationis Regiæ, vel sic prætenditur, & nec tunc posset clericus adire Regios officiales, *capitolo, si diligenti, de for. comp.* nec laicus, si esset actor, prout supra, nec valet ratio, quod possessorium est aliquid temporale, quia hoc dato, & non concesso, cum superius dictum sit, esse quid spirituale in beneficialibus, tamen etiam pro re

temporali clericus convenit laicum coram iudice ecclesiastico, & pro re merè spirituali clericus convenit laicum coram iudice ecclesiastico, & si quis hac via laicali conaretur impedire executionem literarum Apostolicarum, incideret in bullam Cœnæ Domini, prout dictum est superius in *ver. Bulla, & in ver. littera,* sed posse contradici, prout dicitur in *versic. contradictores.*

Primò, posset doctrina Sylvani, & Afflicti practicari, quando laicus spoliaret clericum beneficio de facto ob aliquam prætensionem, & Episcopus excommunicaret illum servatis servandis, & ille parvi faceret excommunicationes & monitiones huiusmodi, & alter provisor implorat auxilium brachii secularis, prout dictum in *ver. brachium.*

Secundò & melius possent salvari dicti Doctores, quando agitur de possessione Ecclesiæ rerum temporalium: nam aliàs possessio super restitutione rerum spiritualium est merè spiritualis, ita tenet, & probat *Gem. in c. 1. ver. expeditio, de restit. spol. l. 6. ex Jo. And. in c. si. de iud. & Butrio in c. literas, de jur. cal.*

PRÆLATI.

OMnes Prælati exempti ab Episcopi jurisdictione habentes jurisdictionem Episcopalem, possunt suis subditis omnia administrare, quæ ab Episcopis possunt exerceri, ita *Nav. conf. 23. ex mente gl. in Cle. 1. in ver. proprii, de reb. Eccl. non alien.* tamen hoc limita,

non

non habere locum in literis dimissorialibus ad onus ecclesiastic. & aliis quæ prohibentur eis per Sac. Cong. Trid. sess: 23, cap: Abbatib: & sess: 24, cap: 20, de reform: sed possunt exercere ea, quæ sibi jurisdictione ordinaria competunt in suos subditos. Ita Navar. conf: 9, de privil: hoc tamen limita, nisi eis aliquid plus fuerit concessum à Sede Apostolica post Sac. Conc. Trid, prout dictum est in ver: absolutio, §. 1.

PUNCTATOR.

Punctator, ponendus in Ecclesiis pro assignandis deficientibus Horis Can. prout in Bul: Pii V. & Con. Later: prout dictum est superius in ver: Hora, §. 8. debet esse constitutus in sacris, secundum decretum Concilii Provincialis Compostellanensis, revisi per sanctiss. Dominum Nostrium: sub datum Romæ apud S. Petrum die 16. Decembris, 1565, vel alia veriori data, ita censuit Sac. Congreg. in declar: 455. in meis, cujus sunt verba prædicta.

PROCURATIO.

Primò, procuratio non potest remitti à prælato, quando ei debetur ratione visitationis, nisi expressè, vel tacitè non petendo, non tamen, vel se obligando ad non petendum, vel relaxando, Addit. ad Cap. Tolos. q. 332.

Secundò, procuratio non potest præscribi, quæ datur ratione visitationis, quia est aded privilegiata, quòd nullo modo præscribi possit, immo nec

Episcopus potest illam remittere, nec respectu sui, nec respectu suorum successorum, idem loc: cit: nisi consuetudo aliter se habeat, prout superius, ver: jus cathedralicum, verum Hostiensis doctrina satis urget, quòd aded procuratio est annexa visitationi, quòd tamen non potest esse sine reliquo, tamen hoc temperat postea, quando Episcopus non haberet sustentationem aliquam aliam, & infirmaretur, in sum: tit: de cens: §. ult: n. 18.

PRIVATIO.

Primò, quot modis quis venerit privandus, vel sit privatus ipso jure beneficiis? Respondetur, quòd nullo modo, nisi in casibus in jure expressis, Gl. solemnis in c. fin. de jur. pat. Navar. conf: 8. nu. 4. ver: 6. de præb. & ibi dicit judicem non debere condemnare, & privare quem suis beneficiis, nisi gravi, & justa causa, c. inventum, 16. q. 7. & c. satis perversum, 56. dist.

Secundò, an clericus condemnatus ad triremes, sit privatus ipso jure beneficiis? Respondetur, primò, prout in ver. privatio Secundò, si in vita, vel ad tempus, si primum, quòd sic, quia habetur pro deposito, si secundum, & non fuit dictum in sententia, non potest; & sic vidi multos post finitum tempus rediisse ad suum beneficium, vide Reb. in reg. de infr. resig. glos. 11.

Tertio, privato beneficio ob non promotionem infra annum, juxta cap. licet canon, de elect. lib. 6. non potest illud

illud beneficium, quo privatus fuit, conferre, ne dolus videatur sibi patrocinari, & negligentia prodesse, *c. commissa, de elect. lib. 6. Clem. ne in agro. §. ceterum de stat. mona. Rebuff. de non prom. in an. num. 80.* hoc fallit in Papa, quia id potest, non autem Ordinarius, ratio est, quia ille est supra jus positivum, hic autem non.

PRIVILEGIUM

Primò, Privilegia concessa alicui loco, si locus ille uniatur alteri, etiam privilegia uniuntur, *Inn. in c. novit, n. 1. de sede vac.*

Secundò, privilegia antiqua non indigent aliqua verificatione, idem in *c. Abbate, de ver. sign. Imola. in Clem. litteris, col. 3. prope fin. de preb. & si excedant centum annos, probant per verba narrativa, & enunciativa, Caput. ag. decis. 378. p. 2.*

Tertiò, Privilegiis non possunt renunciare presentes in præjudicium successorum, nec deperditur per non usum decem annorum, *Fel. in c. cum accessissent, num. 37. de const. Caputaquen. decis. 379. nisi concedatur pro alia facultate, quia tunc spatium decem annorum deperditur per non usum, Balb. tract. de prescrip. 4. par. 5. princ. c. 4. num. 2.*

Quartò ea, quæ possunt quæri per privilegium, possunt per præscriptionem, & consuetudinem, *Pan. in c. accedentes, de prescrip. Fel. ibi, num. 6. Nava. in c. non dicatis, num. 44.*

Quintò, Privilegia Doctorum, ac *Prax. Episc. Pars 11.*

studentium in alma Urbe, vide *Bon. VIII. Bul. 2. Urban. VI. Bul. 1. Eugen. IV. Bul. 1. Jul. II. Bul. 12. Leo X. Bul. 2. Jul. III. Bul. 20. Pii IV. Bull. 112. Pii V. Bul. 59. Greg. XIII. Bul. 27. vide Azo. in sum. lib. 11. rub. 18 & 20. Codicis.*

Sextò, an pro probatione privilegii sufficiat copia, vel scriptura privata, an ipsius privilegii authenticum, vide in *c. cum persona, & ibi gl. in ver. tradere, & ver. in text. quod sint tales, de priv. lib. 6. & Gem. in c. ordinarii, §. quod si fortè, ver. & si dubitatur in factò, de off. ord. lib. 6.*

PROFESSIO.

Primò, quando jura loquuntur de ingressu, vel de professione alicujus religionis, de quo ingressu, & de qua professione debeant intelligi: videtur quod de primo ingressu, id est, de induitione habitus, vel de professione tacita, quæ fit post annum probationis, cum habitu indistincto, prout *cap. beneficium, & ibi gl. in vers. conferendum, de reg. lib. 6. & in c. unico, & ibi gl. in sum. eod. tit. & Clem. de reg. fi. & ibi gl. in ver. deinceps, de regul. Extravag. Joan. 22. concert. & alia jura vulgata, quæ brevitate causa omittuntur, tamen oppositum est verius, quod intelliguntur de ingressu irrevocabili, qui fit irrevocabilis per professionem expressam, & de professione solenniter facta, probatur primò, quia quis non est propriè religiosus ante professionem expressam, *cap. religioso, §. quamvis, de sent. excom. lib. 6. nec perdit dominium, neque professio-**

R

fessio-

professionem bonorum suorum, secundum omnes, nec transeunt illa ad monasterium usque ad professionem solemnem, *Auth. ingressi, de sacrosan. Eccles. quam gl.* & omnes intelligunt de ingressu irrevocabili, qui fit per professionem solemniter amissam, & licet Bart. ibi hoc relinquat canonistis decidendum, tamen Jason ibi serio tenet quod dixi *colum: ult: nu: 28. ver: 3.* limita ubi hoc tenet expressè, & clarè, Abb. *in c. presentia, de probat.* & hoc facit per Sac. Conc. Trid. *sess: 25, c. 16. de reg. & pro Bul. Pii V. de resign: qua est 58.* Nav. *in c. non dicatis, n. 5. & 49. 12. q. 1.* Hinc sequitur, quod si quis post annum probationis, licet si professus tacite, moritur, ejus bona non venient ad monasterium, quia potest de illis disponere, nisi disponat, veniunt qui ab intestato, & Paul. Rom. *tract: de pens: c. 7. num. 5.* ait non vacare beneficium, nisi facta professione. Cov. *in c. 2. n. 9. de testam.*

Secundo, an ante professionem expressam, licet post professionem tacitam, quis relinquat habitum, & contrahat matrimonium, tenet matrimonium?

Respondetur, quod sic licet peccet, quia professio tacita æquipollet voto simplici, Cal. *conf. 26. de reg. Nav. in c. nullum, n. 44. 18. q. 2. & in cap. non dicatis n. 5. qu. 1.* Innoc. *in c. porrectum, n. 1. de regul. & Navar. de reg. conf. 27. ver: 1, 14. & 26, nu: 18, & 19.* & Innoc. loco c. dicit illam professionem dirimere matrimonium, & facere monachum, quæ fit in manibus superiorum de presenti, modo sola professio solennis dirimit, &

impedit matrimonium, Aug. *ver. professio, §. 2. Sot. 4. sent. distin. 28. quest: unica, art. 2.* Covar. *tract. de sponsal. 2. p. cap. 7, §. 4. nu. 7. & 8.* ubi habes sola professione solenni dirimi matrimonium non consummatum, ergo non tacita.

Verum his omnibus videtur obstare Sac. Cong. prout dixi *superius*, & Navar. *conf: 35, n. 5, de reg. ubi dicitur quod Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 19.* etiam habet locum in professio tacito, respondetur, quod singulare est in hoc, propter præsumptionem, contemptum, & levitatem illius professi taciti, qui proprio conatu, & impulsu relinquit habitum, & ideo in odium, & penam dicitæ præsumptionis, & audaciæ voluit Sac. Conc. non audiri nisi cum habitu, & coram Ordinario, præterea quia videtur sibi ipsi facere jus, dimittendo habitum sponte incipiendo ab executione; secus verò in contractibus, & permanere indutus cum habitu: hæc volui dixisse breviter, quia quotidie accidit casus, & ita consului, tamen illi contrahenti matrimonium de facto obstat dimissio habitus sua sponte, sed si causa sit coram ordinario, & declaratur professionem non tenere, valet matrimonium, facit tex. *in c. nullus religiosus, & ibi Gem. not. 2, de ele. l. 6.* ubi ille qui vult eligi ad prælaturam regulariter, non sufficit quod sit professus tacite, sed expressè, id est, solemniter, & *ibidem ver. quæro, quando, declarat quando quis dicatur expresse professus, & dicit quod est quando promittit illa tria, quæ habentur in c. cum monasterium, in fine, de stat. mona. & quando*

do fit in manu Abbatis, vel recipientis de ejus mandato, per notata in *ca. porrectum, de reg. quod nota, & ibi gl. in ver. expresse*, facit aperitissime in omnibus dictis *supra c. quam ingredientibus, 19. q. 3. & ibi gl. in ver. convertendi*, facit *l. aut religiosus, ff. de procur. & ibi Accur.* ubi exponit, ut si monachus fiat sacerdos, & *Gem. in c. quamvis, ver. contra gl.* dicit procuratorem ingressum religiosè posse revocari, si non ingreditur irrevocabiliter.

Tertio, quisnam dicitur religiosus, & consequenter verè professus per Conc. Trid. nisi post annum probationis sine interruptione in monasterio exactum, & post emissa tria vota substantialia; *Nav. conf. 9.*

Quarto, si quis emisit tria vota essentialia, videlicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ in congregatione, etiam à sede Apostolica approbata pro bono modo vivendi, nisi emisit in aliqua religione approbata non censetur professus, *c. odia, de reg. jur. l. 6. Nav. conf. 9, ca. 9, de his qua vi metusque causant.* ratio est, quia appellatione congregationis non venit religio, nec e contra, nisi sit aliqua congregatio, quæ ortum ducit à religione, prout congregatio Cassinensis, & alia quæ duodecim solent nominari.

Quinto, professio facta in manibus Prælati, sive cujuscumque incorporare non valentis alicui religioni approbatæ, non facit quem religiosum. *Navar. conf. 6. n. 22. de reg.* hinc fit, quod si aliquando aliquis vellet emittere tria vota in manibus Episcopi, & professionè

solemnem in ejusdem manibus facere non ideo censetur religiosus, nec professio solemnis, nec votum solemne, sed tantummodo votum simplex; ratio est, quia Episcopus non incorporat religioni, *cap. odia, de reg. jur. lib. 6. & ca. unico, de vot. & vot. redempt. eod. lib.*

PROTOCOLLUM.

Protocollum amittens Notarius, potest puniri à judice pœna arbitraria, quia de consuetudine tenetur ad ejus custodiam, *Fel. in cap. tabellio, ver. 2, quaritur, n. 2, de fid. instrument.*

PROVISUS.

Provisus de Episcopatu, Abbatia, vel hæres, an possit conferre, vel præsentare antequam adipiscantur possessionem, vel adeant hæreditatem? Respondetur, quod sic. *Reb. tit. de simon. & resign. n. 25, & infra*, tamen distingue, prout ibi, si provisus est per obitum, vel privationem, vel resignationem.

RAPTUS.

Primò, licet raptus non possit fieri absque violentia, tamen si fiat muneribus, promissionibus factis puellæ, & invito patre de domo exeat, & ad ipsum veniat, vocatur raptus, & incurruntur pœnæ Sacri Conc. Trid. *sess. 24. cap. 6, de refor. matrimon.* quæ sunt excommunicatio ipso jure, tam rapiens, quam dans consilium, auxilium, & favorem, & infamia: ratio est quia

trahitur homo etiam amore, & provocatorio sive excitatorio aliquo, ut inquit D. Aug. *tratt. in ca. 6. in lo. ita tenet Nav. conf. 1. de raptor. & à simili in Manual. cap. 16. num. 17. & Foller. in pract. crim. prima parte, tertie par. nu. 16* similiter si interveniunt blanda verba, oblectamenta, & promissiones doloſæ, & punitur poena mortis.

Secundò, pro intelligentia dicti loci Sac. Concilii dicitur: raptorem illum esse, qui metu, minis, & violentia rapit mulierem aliquam ipsa invita: secundò qui rapit eam, sed ea consentiente, si cum contradictione patris, D. Th. 2. 2. qu. 154. art. 7. 3. qui promissionibus falli, verbis blandis, munusculis; quartò, non autem ille, ad quem sua spontè aliqua vadit, etiamsi vir eam defloret voluntariè, Nav. *conf. 1. nu. 1. de raptor. conf. 2. & 3. num. 1. & in Manual. loc. cit.* & sic in primo, secundo, & tertio casu incidunt poenæ, vide Afflict. *in constit. si quis rapere, in ver. sed quæro, n. 4. de raptientibus meretrices, vide in const. omnes nostri, vide Dynum in regula scienti, ac consentienti, num. 4. & ibi addit. Boërii, litera B. vide Azon. in Sum. lib. 9. eod. rub. 13. num. 1.*

RECONVENTIO.

Primò, reconveniri an possit clericus coram iudice laico? Respondetur, quòd non, Cap. Tolos. *quest. 95. Inn. in cap. solite, de major. & obe. tamen Fel. in ca. 2. de for. compet. & in ca. & si clerici, col. 6. ver. gl. in verbo, dicit quòd sic, nisi laicus hoc fecerit in fraudem, ut*

quia fecit se convenire, & hoc etiam tenet Maran. 4. par. *dist. 6. num. 53.* quòd tamen fallit in tribus casibus, prout ibi, & reconventio non potest fieri coram iudice appellationis, Cap. Tolos. *quest. 93. & Innoc. ab eo citatus in cap. 1. de num. pecun.*

Secundò, in reconventionem, quando procedi debet simultaneo processu, vide & distingue cum gl. *in cap. dispendia, in ver. vel reconventionis, de rescrip. lib. 6. & gl. in Clem. sapè §. verum, in ver. exordio, de verb. sig. Maran. loc. cit. num. 5. & ibi Foller. num. 6.*

RECUSATIO.

Primò, quot modis possit iudex delegatus recusari, vide Host. *in Sum. tit. de recusat. Iud. deleg. §. qua. num. 3.* ubi numerat tredecim causas, & Maran. 6. par. *titul. de appella. à num. 24. & infra, ibi enumerat quadraginta.*

Secundò, quando potest fieri recusatio? Respondetur infra viginti dies, vel ante litis contestationem, vel semper nova superveniente causa, & ista debet esse prima exceptio, Host. *ubi supra. §. quando, Maran. ibidem, num. 74. capitulo pia, de excess. lib. 6.*

Tertiò, recusatio, & suspicio potest opponi etiam post conclusum in causa, ante calculum sententiæ, cum in illo consistat tota vis totius causæ, Gem. *in ca. Iudex, ver. sed an semper, de offi. deleg. lib. 6. licet distinguat, quòd videas.*

Quartò, causa recusationis, & suspicionis, potest esse etiam, si iudex procuravit sibi causam committi, Gl. *in ca. si com.*

si contra, ver: causam; de offi: deleg:
lib: 6.

REFERENDARII.

Refereudarii, an sint exempti à jurisdictione Episcopi? Respondetur ex Staphil. fol: 218, n. 15, de prerogat. expectat. ubi dicit, quod sic, & eos non posse excommunicari, vel interdicti ab Episcopo, quia sunt officiales Sedis Apostolicæ & Papæ, tamen Sacr. Con. Trid. sess: 24, ca: 11, de reform: non excipit comites Palatinos, nec Protonotarios, & alios, qui etiam sunt officiales Papæ; pro Staphileo potest dici primò, quòd procedit de jure antiquo: secundò, quòd cum referendarii sint in duplici differentia, quidam gratiæ, quidam iustitiæ, qui sunt undecim, & undecim, prout Gom: de signat: grat: & iustit: fol: 493. & isti qui sunt de numero, sunt exempti, alii verò (quia hodie sunt quasi innumerabiles) non; sicut etiam dictum est de Protonotariis, in ver: exemptio: tertio, quòd ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, subsunt locorum ordinariis.

REFORMATIO REGULARIUM.

Primò, quæritur utrum Episcopus, sive visitatores Apostolici, possunt reformare ad arctiorem vitam Religiosos, jam ante professos, contra eorum voluntatem?

Respondetur, quòd sic, cum distinctione: nam si reformatio accedit vitæ

regulæ, non mutata regula potest, si verò reformatio fit cum mutatione regulæ, tunc non. verbi gratia, si reformatio fiat conventualibus, ut servent regulam illorum, qui sunt de observantia, vel Capuccinorum, non possunt cogi, quia possunt dicere, Volumus observare regulam in eo statu, quo erat, quando eam professi sumus (intellige in essentialibus) si verò, ut remaneat eorum regula, sc. conventualis, tamen visitatio, seu reformatio præcipit, ut vivant communiter, vel ut arctiori clausura, vel quod non possideant, vel quòd huiusmodi, tunc possunt cogi, Navar. in cap: statuimus, n. 5, 19, q: 3. & sic visitatio visitatorum Apostolicorum fuit executioni mandata Neapoli, circa annum 1593. in monialibus post multas hinc inde acclamationes, suspensiones, appellationes, & interdicta, quia tendebat ad arctiorem observantiam non mutata regula, & ita etiam tenet Abb: c. ad nostrum, de appell. n. 2. & ibi Fel. & Nav. de reg. com: 1. ver: 27, n. 18, ver: 24. & clarissimè in cons. 43. de reg: facit quod notat Jason in l. petens, num. 1. 2. & 3. de pact: ubi dicit, reformatio idem est, quod renuntiatio, remanente tamen substantia ejusdem contractus, & exemplificat, prout ibi.

Secundò, Prælati verò non potest præcipere uni monacho, vel moniali, ut reformetur, nisi reformentur alii, quia non potest reformare unum, vel alterum, cum non reformentur cæteri, si verò reformatio præcipit opportunè, ut omnes reformentur, si ut reducantur ad vitam regularem, hoc est, ad sua ef-

sentia, tunc subditi tenentur obedire, & qui contradicerent, incurrunt pœnas, & censuras ab illo contra eos inflictas, Nav. loc. cit. com. 3. n. 36. & ratio est, quia hoc non est innovare, sed reducere rem in pristinum statum,

REGULARES.

Primò, Regularium Prælati non possunt cognoscere de hæresi suorum regularium, quia hoc per longissimam temporis consuetudinem est reservatum Episcopis, & Inquisitoribus, Navar. conf. 1. num. 5. de heret.

Secundò, Prælatus regularium non potest cognoscere de crimine, depositione digno, patrato à suo subdito, putà homicidio de jure communi, nisi aliter per privilegium habeat, Nav. conf. 6. de for. comp. & in c. non dicatis, n. 63. & pro crimine falsæ monetæ vidi Neapoli castigari Regulares ab Archiepiscopo, & pro adulterio Beneventi ab Archiepisc. quia sunt delicta depositione digna, cap. at si clerici, §. ab adulterio, de jud. ratio est, quia prælatus religiosorum habent potestatem castigandi suos subditos, solum in concernentibus eorum regulas de jure communi de speciali solum, quæ non sunt depositione digna, Nav. loc. cit. n. 1. & 7.

Tertiò, Regularis ejectus ab ordine, seu religione, tenetur se præsentare Ordinario, quia ex tunc subjacet Episcopo cum habitu clericali, per Doct. in c. si. de reg. Nav. conf. 76. & 79. de reg. sed non manet tutus in conscientia, si ad monasterium rediens per seipsum non

steterit, quominus iterum recipiatur, quia debet iterum tentare, ut recipiatur, vide in addit. dicti conf. Navar.

Quartò, Canonicus regularis potest habere beneficium curatum sæculare, sine speciali dispensatione, sed cautius, si accedat dispensatio Episcopi, Abb. in c. quod Dei, de stat. monach. decis. Rot. 5. de jur. patr. in novis, Nav. conf. 11. n. 2. de statu monach. & dixi superius, in ver. beneficium, §. 1. ver. 5.

Quintò, Regulares possunt reformari ab Ordinario, ut eant bini, facit, quia monachus non debet stare, nec incedere solus, capit. 2. de stat. monach. Clem. ne in agro, §. ad hæc, eod. titul. Imola in capit. si. de cleric. agrot. Rebuff. de Vicar. Episcop. num. 31.

Sextò, Regularibus prohibitum est appellare, Sotus lib. 5. q. 9. art. 3. de just. & jure, Cov. pract. q. 6. 23. num. 7. ver. 8.

Septimò, Regularium Prælati quomodo sunt eligendi? Responderetur, quòd per vota secreta, aliàs nulla esset electio, tametsi omnia alia adimpleta sunt, ita Gem. in capit. cum expediat, ver. sed pone, quòd canonici, de elect. libro 6. & vidi in 1. par. ver. Abbatissa, §. 6.

REMISSIO REORUM.

Primò, si quis delinquit in territorio alieno, & judex illius eum puniat ratione delicti, an possit eundem punire judex territorii originis, ratione originis?

Responderetur, quòd non, ita Affl. in

in *const. patiarum*, num: 66, in octava fallent.

Secundò, an in crimine hæresis de-
tur remissio? Respondetur ex *Cov.*
pract. q. c. 11, n. 12, circa ultimum, quòd
sic, quando petitur remissio à iudice
delicti, vel originis, gl. in *c. ut commissi*,
de hæret. lib: 6.

REGULÆ CANCELLARIÆ.

Dubitari solet, quando incipiant
obligare Regulæ Cancellariæ,
verbi gratia, mortuo Papa, dicit com-
munis sententia plurimorum Docto-
rum. Regulas Cancellariæ spirare, et
tunc reservationes, quousque suc-
cessor faciet alias regulas. Dubitatur,
inquam. Creatur prima die Martii, de-
inde die decima tacit regulas, postmo-
dum die quintadecima eas publicat, à
quo die incipit incurrere reservatio?
Respondetur, quòd incipit in causa ca-
nonicatus, & præbendæ, & *Gem. conf:*
92, col: 2, dicit, quòd à die publicatio-
nis, *Aneas verò tract. de reser. 4, p. princ:*
esset: 21, dicit, quòd à die editionis, &
citatur *Gl. in proem. reg:* tamen ego cen-
seo cum *Gem:* ratio est vulgatissima,
legem incipere obligare à die promul-
gationis, quæ est causa formalis legis
sancitæ, *Sot. l. 1, q. 1, ar: 4, de just: & jur:*
D. Th. q. 99, & habetur in c. 1, & ibi gl.
in ver: publicè, de postul: præl: & Gom: q:
2, in ver: Cancell: f. 8, col: 2, Sylve. in ver:
lex. §. 6. Rom: sing: 286. Foller. in Addit:
ad Maran: 4, p. dist: 4, num: 61. & ipsemet
Aneas loc: cit: concordando, dicit,
quòd quoad penam non ligant, nisi

post publicationem, quoad collatio-
nem à die editionis: ego verò quoad
utrumque à die promulgationis, bene-
verum est, quòd sufficit publicatio fa-
cta Romæ, & nota hunc casum pro pra-
ctica quotidiana, quia potest accidere
vacatio alicujus beneficii à die obitus
Papæ usque ad promulgationem regu-
larum, & de eo poterit Episcopus di-
sponere, quia tunc non currit alterna-
tiva, nec reservatio, prout inferius a-
bundantius, in *ver. reservatio, c. in istis, §.*
leges, 4, distinct.

RESIDENTIA.

Primò, quòd aliquod beneficium
requirat residentiam, quando tem-
pore potest præscribi?

Respondetur, pro spatio quadragin-
ta annorum.

Secundò, de residentia Episcopo-
rum, licet dictum sit sup. quorum cau-
sa ad Metropolitanum, & ad Nuntium
Apostolicum spectat: est etiam notan-
dum, quod dicit *Azo. in Sum. l. 7, de E-*
pis. & cler. rub. 6. quod Episcopi quando
recedunt à suis Ecclesiis debent habe-
re literas suorum Metropolitanorum,
vel Patriarcharum, vel Imperatoris,
quod vix hodie observat, & annuit
Sac. Conc. Trid. sess. 6, ca. 1, de resor. &
sess. 23, cap. 2, de resor.

Tertio, absentia causa quam sine
potissimè, vide *Azo. in Sum. lib. 2, Codi-*
cis, rub. 49. & licet loquatur de militi-
bus, tamen valet argumentum ad
militiam ecclesiasticam, prout pa-
tet *vulgatis*, facit pro *Conc. Trid.*
sess.

sess. 6. c. 1. & sess. 23. & capitu. 1. de reform.

Quartò, an quis possit parumper abesse à beneficiis requirentibus residentiam? Respondetur ex Arch. & Gem: *inc. licet canon, §. is etiam, ver: quæro quomodo*, quod non debet amare sumi, ut nunquam recedat ab Ecclesia, sed debet intelligi civiliter, quod Theologi solent dicere, non in rigore mathematico, sed moraliter: hinc non satis bene faciunt quidam Ordinarii, præcipientes parochis, vel canonicis, sub pena excommunicationis lata sententiæ, ut non discedant per diem à sua residentia, faciunt quæ dixi *in 1. p. in ver: edita, §. 2. ver: 19. & in ver: privatio, §. 4. ver: secundum dubium*: nisi hoc Ordinarii facerent ex aliqua causa urgentissima, sed in casu absentia fiat provisio, ne cura animarum aliquod præiatur detrimentum, Sac. Con. Trid. *sess. 23. c. 1. §. quoniam, de refor.*

RECEPTORES.

Receptores bannitorum, & homicidarum, incurrunt pœnas, de quibus Pius V. *Bul. 15. quæ incipit, Indefessi, & alia 13. quæ incipit, Ex superna, & alia 16. quæ incipit, Cùm nos super.*

REVELARI.

Primò, qui scit occultè, non tenetur revelare, nec prælato publicè, sicut notatur de testibus synodalibus, *c. Episcopus in synodo, 35. qu. 6.* sed solùm ad aures prælati, ut corrigat occultè, Addit.

in Host: de sen. exc. §. nedum, lit. C. si autem scit alios testes, & potest illud probare, non sufficit hoc revelare prælato occultè, sed publicè deponere debet, *Add. loc: cit.*

Revelationes excommunicationis non debet concedere Episcopus parti læsæ, vel damnum passo, quando pars læsa, vel damnum passus, vellet agere ad pœnam sanguinis, vel iustitia mediante, vel propria auctoritate, *Addit. loc: cit: n. 5. in fine.*

Secundò, fit monitorium, ut omnes, qui sciunt tale, vel tale, vel bona subtrahat, debeant revelare, an omnes scientes teneantur sub illius excommunicationis pœna revelare?

Respondetur, quòd cum regula sit, quòd qui non potest probare id, quod vult revelare, non teneatur revelare: hinc fit, quòd medici, advocati, procuratores, consultores, consilarii, non teneantur ea revelare, quæ sibi fuerunt communicata clanculò, nisi aliunde id sciant. *Navar. conf: 16. de pœnit. & remiss: & in Manual: cap: 25. nu: 42.* hoc tamen fallit in multis casibus, prout dictum est *in ver: testes, §. 25.* nimirum in crimine hæresis vel prodicionis civitatis, vel in re perniciofa multis personis, vel universitati, *Syman. de Cathol: instit: tit: 4. l. à num: 31. & dixi in pract: mea pœnit: c. 20. q. 1.*

Tertid, an, & quando quis teneatur respondere interrogationibus vel positionibus sibi factis à iudice, vide, & distingue cum gloss. *in cap: 2. in ver: absque rationabili, de confess: lib: 6. & Gem. ibi, ver: conclusio,*

R E.

RENUNCIATIO, RESIGNATIO,
SEU PERMUTATIO.

Primò, Si aliquis est presentatus, vel nominatus ad aliquod beneficium, vel habet expectationem, vel est admissus, vel approbatus ad parochialem per concursum, vel electus, qui omnes dicuntur habere jus ad rem, an iste possit permutare hoc beneficium, ad quod habet illud jus cum aliquo beneficio, quòd verè possidetur per aliquem?

Responderetur negativè per text. in cap. 1. de rerum permut. lib. 6. & ibi Phil. Franc. per illa verba (sua beneficia.) Navar. conf. 43. n. 2. de sim. Feder. de Senis, q. 13. de perm. benef. ratio est, quia permutatio debet fieri de beneficiis jam quæsitis, & non quærendis.

Si quis beneficiatus renunciaverit alicui aliquod beneficium, an debeat resignatarius solvere redditus, seu fructus beneficii resignati dicto resignanti pro rata temporis, verbi gratia, fructus, & decimæ solvuntur de mense Augusti, & resignatarius accipit possessionem beneficii de mense Februarii, an teneatur solvere ratam pro quinque, vel sex illis mensibus, & videtur, quòd non, quia solum fructus à solo separati, vel recollecti, vel qui cœperunt recolligi, antè possessionem, reliqui sunt successoris, & quia beneficiatus comparatur usufructuario, prout patet vulgatis, qui solum facit fructus suos, quando sunt à solo separati, ita Nav. conf. 7. de success. ab intest. & conf. 8. videtur de prax. Episc. Pars II.

cere, & Cov. lib. 1. c. 15. n. 2. ver. his accedit, var. resol. tamen n. 12. tenet dividendos esse fructus pro rata inter renunciantem, & resignatarium, sicut inter defuncti hæredes, & successorem, quod bis videtur tutius ex ratione sumi, in c. presenti, §. porro, de prob. lib. 6. ita tenet clarissimè Gem. in c. 2. ver. quid si facit, de renun. lib. 6. nempe, quod debeantur fructus, renunciant usque ad diem renunciationis.

Tertiò, si quis voluerit cum alio permutare beneficium, necesse est, ut fiat prius renunciatio ex una parte. nam aliàs non posset fieri collatio, & ita poterit praticari, prout ipse feci Beneficenti in permutatione cujusdam mei canonicatus. Ego resigno beneficium meum tali titulo permutationis, cum hoc, ut ipse renunciaret beneficium suum mihi eodem titulo, nec aliter, nec alio modo, Paul. Rom. tract. de pens. c. 7. n. 28. & 29. quia si permutatio, seu resignatio completa est ex una parte, & ex altera compleri non potest, alter poterit ad suam Ecclesiam redire, ut notavit Feder. in 9. qu. Paul. l. c. cap. 7. §. nunc venio, n. 15. & est communis.

Quartò, quia dictum est superiùs, beneficium resignatum Romæ vacare in Curia, hoc tamen fallit in beneficio resignato, ibidem causa permutationis, & permutatione non sortita effectum suum, si resignantes moriuntur extrà Curiam, etiam extrà illam vacare censetur. Aeneas tract. de resign. 2. p. princ. n. 11.

Quinto, An Episcopus possit committere alicui, ut recipiat resignationem

S

nem

nem beneficii? Respondetur, quod nō, nec legatus. *Reb. de for. vic. Archid. nu. 109.* sed potest hoc committere Vicario suo generali, idem *n. 105.* quia Vicarius non potest privare quem beneficium, nisi ex speciali commissione, idem *loc. cit. nu. 135.* imò qui habet potestatem ex privilegio, consuetudine, vel aliàs conferendi aliquod beneficium in diœcesi alterius, non potest recipere resignationem illius, quia hoc pertinet ad Episcopum illius diœcesis, ubi est situm beneficium, idem *n. 108.* & sic non valet regula, qui potest conferre, potest accipere resignationes, & qui potest instituere, potest destituere, quia hoc valet regulariter in Ordinario, & non in eo, qui hoc habet ex privilegio. ratio assignatur à Staph. *fol. 120 nu. 15.* potest enim quis præscribere collationem, sed nō propter hoc censetur præscripsisse resignationis receptionem.

Sextò, si quis esset accusatus, inquisitus, & processatus, & haberet beneficium, an durante causæ discussione, possit illud resignare? Respondetur, quod sic, prout dictum est *superius*, imò etiam per sententiam privationis, tamen suspensam per remedium appellationis, ita dicit fuisse decisum, *Reb. tit. de mod. amit. benef. n. 52. & 53.* modo fiat mentio in ipsa resignatione de privatione processuque resignantis: ratio est, quia criminiosus non est ipso iure privatus beneficio, ut sæpe dictum est. *Sylu 3 p. q. 2. n. 7. Gom. q. 42. de an. posses. Diaz. c. 88. & 123.* & collatio facta criminioso tenet regulariter, *Staph. f.*

36. n. 31. exceptis casibus quibusdam, ut in assassinio, hæretico, simonia &c. & patet *vulgatim* nam beneficium assassini potest subito conferri, cum sit ipso iure eo privatus, sed ejus possessio non potest capi, nisi lata sententia declaratoria, *Ripa inc. sape, col. per. de rest. spol. Cov. inc. alma mater. l. p. §. 2. n. 9. ver. 5. in fin.*

Septimò, si quis resignaverit coram Ordinario beneficium, intellige juxta dispositionem Bullæ Pij V. an possit illud idem beneficium postea resignare in manibus Papæ? Negativè respondet *Rebuff. in reg. de inst. resign. gl. 3.* modo Ordinarius admiserit dictam resignationem: ratio est, quia Princeps non intendit derogare juri alteri quæsito.

Octavò, resignatio facta de nocte an sit valida? Respondetur, quod sic, quæ admodum & collatio, ita *Syl. 3. p. q. 17. n. 4. Gom. q. 38. de inst. in ult. & an idem sit de elect. vide ibi, & distingue.*

Nondè, quia dictum est, accusatum de crimine posse, durante accusatione, resignare beneficium, an id sit verum etiam in permutatione, v. g. Rector alicujus Ecclesiæ privandus beneficio, vult permutare illud, quo vel certo scit, vel dubitat privandum fore?

Respondetur, quod *Gem. in cōs. 105. quod incipit, Ad supplicationem, col. 2. ver. quoad secundum,* tenet, quod non. & si dices, quæ ratio diversitatis in resignante, & permutante? dico, quod alicui licet permutare, & non resignare, prout dictum est *superius in ver. resignatio,* per Bul. Pij V. quæ prohibet resignationes coram ordinarijs, nisi

nisi in quibusdam causis, prout in alia Bulla, sed non permutaciones, & aliquibus permittitur resignatio, sed non permutatio, ut privandi, quia in resignatione quis nihil sentit commodi, in permutacione verò sic, tamen Aeneas *loc. cit. de reservat. q. 4. princ. effect. 54. n. 12.* tenet, quòd potest etiam permutare, & remittit se ad ea, quæ ipse dixit in *Clem. auditur, in ver. nonus modus. de rescriptis*, nec permutatio facta ab excommunicato valet, Covar. in *c. al-mamater, prima p. 5. 7. n. 2. versic. 5. vide Staph. de lit. grat. f. 112. n. 15.*

Decimò, exemptus, & immediatè Papæ subiectus, non potest renunciare beneficia in manibus Ordinarij loci, Gem. in *c. si Abbatem, per illum tex. notab. 4. de elect. lib. 6.*

Quæ resignationes beneficiorum per Episcopos, & alios collatores admitti possint.

De forma publicandi resignationes, vide Bul. Greg. XIII. quæ est 87. in ordine, & incipit, Humano.

Pius Episcopus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Quanta Ecclesia Dei incommoda omnino tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, iam latè perspiciant, & cum mœrore expendant vrasules omnes, & Pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impiè violavit. Quia verò hoc malum,

cùm in cæteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quòd perinde de reprimendis quotidianis fraudibus quæ hac in re frequentiores internascuntur, certam aliquam rationem tandem inveniendi officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationis huiusmodi receptione paulò severiùs interposuimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent in irritum, revocaverimus, ac etiam decrevimus, nullum per eas in illis jus neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio, quam in possessorio ipsis provisum tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuò inhabiles fore, collatores verò alias in illorum dispositione, etiam tantquam devolutionis iure, sese interponere non posse, sed de eis, ut verè vacantibus, sive per Romanos Pont. sive alias collatorum, eorundem superiores, uti præventum esset liberè provideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum, auctore Domino persequi, aut simul quantum in nobis est cavere, nec resignationes ipsæ dehinc cuiusque arbitrio, nullisque, vel certè levibus causis passim, & temerè admittantur, prohibitionem, & alia prædicta, ac cætera omnia nostris super his literis contenta eamtenus relaxamus, ut post hæc Episcopi, & alij facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes accipere, & admittere possint, quia aut senio confecti, aut valetudinary, aut corpore impediti, vel vitiosi, aut crimini obnoxij, censurisque

ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesie vel beneficio inservire, seu qui unum, aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur; denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione scilicet recordationis Innocentij Papa III. de dimittendis cathedralibus Ecclesiis, edita continentur in cap. nisi cum pridem, de renun. ubi addit causas inimicitiarum, tam activè, quàm passivè. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii residere securi. Sed nec horum ullus sacro ordine mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat ullo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commodè sustentari, ad hæc beneficiorum & officiorum permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caveant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, presentatores, & patroni, tam ecclesiastici, quàm laici, quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in hujusmodi beneficijs, & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Caterùm precipimus, atque interdiciamus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, officijs resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum

in extraneos collationum audeant providere, quòd si secùs, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temerè attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere, qui vero contra fecerint, ut in eo quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum & officiorum collatione, nec non electione, presentatione, confirmatione, & constitutione, prout quique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis penis velutinus subiacere, & nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, presentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas, quo verò ad capitula, & conventus, à divinis suspensionis sententijs ipso facto promulgamus: quibus etiam nullus alius, quàm ipse Romanus Pontifex, sive absolutiois, sive relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, & literis nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris, non obstantibus, & publicat. M.D.LXVIII.

Adest Bulla suspensionis facultatis Episcoporum, & aliorum admittendi resignationes, vel permutationes beneficiorum, seu de illis, sic vacantibus disponere, quæ est quadragesima secunda in ordine, & incipit,

Officium.

* * *

RE-

RESERVATIO.

Reservatio est triplex, prima in corpore juris, de qua in *capit. 2. de concessio. prebend.* quæ etiam vocatur devolutio, quando Episcopus non confert infra semestrem, vel patronus infra legitima tempora, & Episcopus non providet, præut in *cap. unico, de jure patron. li. 6. cum aliis vulgatis*, & de qua in *capit. 2. de prebend. l. 7.* quando beneficia vacant in Curia, vel apud sedem per duas dicitas, *cap. presenti, & ibi gl. in ver. legales. l. 6. Gom. q. 17. de impet. benef. per obi. sam. Car. & in Extravag. ex debito de elect. & Extravag. pia sollicitudinis, de preb. & ad regimen, eod. tit. sub communibus, quæ an fuerint temporaneæ, vel perpetuæ, vide in ver. beneficium, §. 3. concl. 4. & Aneam de Falcon. tract. de res. prebend. 4. Secunda, per regulas Cancellariæ, de qua superius in ver. regula Cancellariæ. Tertia, quando Papa reservat sibi omnia beneficia in omnibus mensibus ad providendos servientes in Curia, & laborantes in vinea Domini, licet Aneas loc. cit. quæ secunda prim. multas dicat reservationes, sed hoc sufficiat breviter; volui hæc scribere breviter, remittendo lectorem, pro majori & ampliori doctrina ad dictum Aneam, & Gasparum de Peruffi in tract. de reserv. & Rebuff. eo. tit. & quomodo Papa possit deponere de beneficiis quatuor modis, nimirum primò per reservationem; secundò per devolutionem, ex negligentia inferioris; tertio per vacationem in Curia;*

quartò, per plenitudinem presentantis, vide Gemin. in c. cum in tua, §. in prebendis, ver. quod si Papa, de consuet. l. 6. & quæ beneficia non cadant sub reservationibus istis, pro practica quotidiana, & faciliori indagine, dico breviter.

Primò, beneficia de mensa, & quænam sint, vide in ver. Mensa.

Secundò, beneficia suppressa.

Tertio, beneficia juris patronatus laicorum solum, Staph. de lit. grat. f. 17. nu. 4. & f. 92. 10.

Quartò, beneficia erecta post reservationem, vel prius erecta, & postea dotata, id est, post reservationem.

Sextò, beneficia vacantia per privationem.

Septimò, beneficia commendata.

Octavò, patrimonium ad titulum, ratione ordinis, juxta decretum sac. Conc. Trid. & Bull. Pii V.

Nonò, beneficia regalia, & imperialia.

Decimo, beneficia debita prius alicui, id est, quæ alicui fuerunt promissa per gratiam expectativam, vel mandatum de providendo.

Decimoprimo, beneficia aliàs reservata.

Decimosecundo, beneficia, in quibus aliquis habet jus ad rem, ut in c. si tibi absentis, de preb. l. 6.

Decimotertio, beneficia patrimonialia.

Decimoquarto, hospitalia quædam.

Decimoquinto, beneficia monocula.

Decimosexto, beneficia, quæ spectant

stant ad Episcopum, & Capitulum simul.

Decimoséptimò, beneficia, quæ habent aliquod onus annexum, putà præbenda Theologalis, vel pro magistro, Covar. c. 3. n. 9. pract. qq.

Decimostavò, beneficia sæcularia collegiata.

Decimononò, beneficia manualia.

Vigesimò, beneficia quæ vacant de jure, & non de facto.

Vigesimoprimum, beneficia regularia.

Vigesimosecundò, beneficia collata, & nondum collatio exequuta.

Vigesimotertiò, beneficia electiva.

Vigesimoquartò, beneficia per resignationem vacantia.

Vigesimoquintò, Capellanix, quæ non dantur in titulum à contrario sensu, gl. in Clem. 2. de decim. & dictum est in ver. Capellania, & in ver. spoliium, §. 15.

Vigesimosexto, beneficia vacantia per mutationes, vide plenius de istis Aeneam loc. cit. c. 3. & Gaspar. loc. cit. §. quæ autem.

Præterea pro practica etiam quotidiana, & faciliori Episcoporum intelligentia, ponam infra scripta breviter: primum, an Episcopus possit conferre beneficia, quæ vacaverunt in curia per mensem, & non fuerunt provisà per Papam?

Respondetur, quòd sic, elapso mense, sed non antè, c. statutum, de præb. l. 6. sed dubitatur, quòd tempus habet Ord. ad conferendum ista, ego puto semestre, prout in aliis, ca. secundo, de

concess. præb. c. licet, de suppl. neg. præl. & c. quia diversitatem, de præbend.

Secundò, an possit conferre beneficia, quæ vacaverunt in Curia, ante mortem Papæ, & non provisà per Papam, dum viveret, vel vacantia in Curia, Sede Papali vacante?

Respondetur, quòd sic, à simili, per dictum cap. statutum, & loquitur de beneficiis, & dignitatibus.

Tertiò, an Episcopus possit conferre beneficia vacantia in Curia, etiam curata, Sede vacante, etiam non expectato mense à die vacationis?

Respondetur, quòd sic, cap. si Apost. Sede, eodem tit. & l.

Quartò, an beneficia non vacantia in Romana Curia, sed devoluto ad Sedem Apostolicam, & Papa non contulit, dum viveret, sed prius mortuò

Respondetur, quòd sic, Sede vacante, probatur à fortiori, quia vacantia in Curia, prout sup. multo magis extra, sed devoluta, quia privilegia Principis sunt latissime interpretanda contra ipsum, Aeneas loc. cit. quæst. 4. eff. 6. nu. 12.

Quinto, an possit conferre beneficia vacantia in Curia, sed extra, tamen in mensibus Papæ, sive per alternativam, sive absque illa? Respondetur, quòd sic, sede vacante, probatur à fortiori, & à simili, Aeneas loc. cit. q. 2. eff. 2. nu. 1, 3, & 4. ubi dicit, quòd beneficia ubicunque vacant, æquiparantur vacantibus in Curia, intellige de reservatione generali, sed devoluta, sed per cap. 2. de præbend. & per regul. Cancellar. sunt de reservatione generali; ergo, &c.

&c. & idem dicit in effect. sexto, nu. decimo, ubi ait, quod si legatus habet auctoritatem à Papa conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, non censetur habere de beneficiis alijs reservatis, sed devoluta, prout ibi, & citat Lapum alleg. nonagesima sexta. hoc tamen limita, nisi dicta beneficia Papa mandavisset provideri antequam moreretur, & ante executionem provisionis Papa moritur, quia tunc de illis esset bene provisum, Gaspar. loc. cit. §. 6.

Sextò, nota, quod quando dicuntur vacare in Curia, vel apud Curiam, vel Sedem Apostolicam, intelligitur per duas dietas, prout supra, capitulo presentis, de prabend. l. 6. & dieta est per viginti milliaria, prout ibi gl. in ver. legales, & Gom. q. 17. de impetr. benef. per obit. sam. Card.

Septimò, nota, quod aliqui dicunt dict. capitul. statutum, & capitul. si Apostolica sede, fuisse correctà, reformata, & sublata per jura nova, nempe per Extravag. ex debito, de elect. & Extravag. pia sollicitudinis, de prabend. prout tetigi superius, tamen multi Doctores tenent, quod non, ut Gaspar. loc. cit. Staph. in pract. nu. 2. & Aeneas loc. cit. prima p. q. 4 effect. 6. num. secundo, & effect. octavo, num. secundo & tertio, & cum sit favorabilis, est etiam amplianda, cum potestas Episcoporum revertatur ad naturam suam primitivam, capitulo ab exordio 35. distinct. l. si unus, ff. de pact. gl. in dicto capitul. statutum, in ver. numerandus. nam licet reservationes sint favorabiles respectu reservantis, sunt ta-

men odiosæ respectu Episcoporum, eò vel maxime, quando Ecclesiæ patiuntur detrimentum, propter longam vacationem, nisi Episcopi providerent, per jura superius allegata, & sic Episcopus reducit ad jus suum primitivum, & naturale, conferre sic licet beneficia suæ Ecclesiæ, & diocesis, c. ab exordio 35. dist. Staph. sol. 55. nu. 3.

Nec obstat, quod dicit Reb. in for. nov. provis. super dummodo tempore, nu. 19. quod beneficia vacantia in Curia, sede vacante, providentur per successorem, quia non propter hoc negat, quin Ordinarii possint illa conferre, sed illis non conferentibus successor Papa confert.

Nec obstat dicere, quod per mortem Papæ cessat reservatio facta per regulas Cancellariæ, prout Reb. in indice pract. benef. in ver. reservatio, f. 133. num. 33. super claus. & quod omnium, & singulorum, & in tertia parte signif. licet id ibi non potuerim reperire, & alibi, quod regulæ Cancellariæ expirant morte Papæ, sol. 123. num. duodecimo, quod nec potui invenire, tamen id videtur dicere tract. de reservat. nu. 36. & quod reservationes in corpore juris sunt perennes, quia Rebuff. fuit fortassis illius opinionis, & sic hanc amplector tanquam favorabiliorem, & magis connaturalem Episcoporum potestati; iam ipsemet Rebuff. tract. de devolut. nu. 98. dicit non solum Episcopum, sed capitulum, Sedi Episcopali vacante, posse conferre beneficia devoluta, per d. c. statutum, ergo secundum suam sententiam, c. statutum, non est

est revocatum, nec obstat dicere, quòd tueor partem meam, & ago causam propriam deferendo Episcoporum auctoritatem, cum sim Episcopus, quia fateor ingenuè in Episcopatu meo, vel paucas, vel tenuissimas habere collationes, sed amicus Plato, amicus Socrates, & veritas per se elucet, Tull. 1. Offic.

Decimò, nota mensem positum in *d. c. statutum*, currere à die vacationis, non notitiæ, sicut dicitur in *c. licet de suppl. negl. pral. & de jur. patr. gl. in d. c. statutum*, in *ver. numerandum*, quia hoc est interdictum in favorem Ecclesiarum vacantium, ne diu vacentur:

Decimoprimum, nota quòd dicta beneficia, & dignitates sic ad Ordinarium devoluta beneficio, *d. c. statutum*, & indulgentia, *d. capit. si Apostolica sede*, conferri debent ab Ordinario intra legitima tempora, prout in *c. secundo, de concess. prabend.* iterum fit devolutio ad sanctam Sedem Apostolicam, & etiam per regulas Cancel. à Pontifice successore, prout dixi superius in *ver. regula Cancellaria*, & sic ego practicavi in Episcopatu meo Minorensi, inveni dignitatem Archidiaconatus vacantem, quasi per annum, & quardam parochialem, & quardam beneficiuncula Sede Episcopali vacante, quasi per triennium, quæ propter eorum tenuitatem à nemine impetrabantur, quia ut vulgò dicitur, *Era piula spesa, che la presa*, & impetravi facultatem à sanctissimo Domino nostro Elem. VIII. conferendi illa favore, & intercessione Illustrissimi Card. Cinthii Nepotis e-

iusdem Sanctitatis, hoc anno 1597. quæ univi capitulo pauperrimo pro distributionibus quotidianis, ad horas canonicas recitandas, quod prius non erat.

Decimosecundo, reservatio beneficiorum facta à Papa currit non solum à die reservationis inclusivè, prout *supr. in ver. alternativa*, §. 5. sed à momento temporis, Gem. in *c. si eo tempore*, *ver. quero, de elect. lib. 6.*

Decimotertio, reservationes factæ à Papa expirant per mortem illius, Gem. in *cap. 3. ver. quod nota, de offic. leg. lib. 6. vide in 1. part. in ver. beneficium*, §. 2. *ver. fallit quintò.*

REPROBATUS.

Reprobus ob vitium, super eadem lepra percutitur per regulam, qui semel malus. Hest. in *tit. de elect. §. nedum criminandus*, nu. 10. quod nota pro concurrentibus ad beneficium, licet adveniente mutatione morum in melius possit admitti, ita sac. Conc. Trid. *sess. 25. c. 14. de refor. donec post manifestum*, ratio est, quia mores variantur, in *disput. 6. de Petro, 47. dist. & Cavalc. dec. 19.* & dictum est in *ver. concursus*, in *ver. Ordo*, & in *ver. dimissoria*.

SEDES EPISCOPALIS, SIVE THRONUS.

Sedes Episcopalis, sive thronus Episcopalis, quid significet? Respondetur ex decretis Urbani Papæ primi, ut habe-

habetur in sum. Concil. in hæc verba, Quod autem sedes in Ecclesiis Episcoporum excelsa constituta, & præparata inveniuntur, ut thronus speculationem, & potestatem iudicandi, & solvendi, atque ligandi à Domino, sibi datam materiam docet, ut Matth. cap. 16. legitur: Quæcunque ligaveritis, &c. & Ioan. c. 20. Quorum remiseritis, & inseritis; valde enim timenda est sententia Episcopi. licet iniuste liget aliquem, c. quibus Episcopis, 11. questio. 3. significat vigilantiam Episcopi super gregem, Exechiel. capit. 23. & 34. ubi habetur, speculatorem dedi te domui Iuda, &c.

SCEPTRUM.

Sceptrum est unum de signis regalibus, in cuius culmine apud antiquos ethnicos Reges erat sculpta imago Jovis; hodie verò apud Reges Christianos imponitur imago Crucis, vel Christi Domini, & significat, quòd Rex sub pace vult fovere omnes suos subditos, mares, & scæminas, potentes, & impotentes, ita Doct. tex. in cap. ex tenore, de form. compet. & Affl. in const. omnes nostri, l. notab.

SEDERE.

DE sessione debet haberi ratio, & servari ordo consuetus, quia honor sedendi vocatur privilegium, & satis decorat, Affl. in const. in locis demanij, in l. notab. quod facit pro eis, quæ diximus in ver. concilium, & in parlamento Regis.

Prax. Episc. Pars II.

SENTENTIA.

PRimò, an sententia, in qua pronuntiat, appellacionem fore desertam, sit diffinitiva? Respondetur ex Cap. Tolos. 9. 303. quòd non, sed habet vim diffinitivæ, sed quando pronuntiat bene appellatum, vel econtrà, tunc est diffinitiva, & sic habet locum in ea sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de refor.

Secundò, in materia beneficii, nunquam sententia facit transitum in iudicatum, ita gl. & Doct. in c. 1. de concess. præbend. Rebuff. de subrogat. num. 22. ver. lata, in materia matrimonii, c. lator, de sent. & re jud. nec in crimine hæresis, per Bull. Pii V. Covar. de spons. 2. p. §. ult. num. 12.

Tertiò, sententiam dans Judex ecclesiasticus propter illa quatuor requisiti, scilicet, odium, favorem, timorem, & præmium, est ipso iure suspensus ab officio per annum, & si interim celebravit, efficitur irregularis, capit. 1. gloss. & Gemin. de re judic. lib. 6.

Quartò, an, & quando iudex debeat exprimere causam in sententia, vide Gemin. in cap. si confirmationem, de elect. lib. 6. in fine, ubi dicit, quòd tunc debet exprimi causa, quando ultra intentum suum possit partibus præsentibus præjudicare, cap. sicut, de re jud. & ibi gloss. in ver. exprimitur, Gom. in c. statutum, num. 12. de rescript. lib. 6. Marant. 6 par. tit. de sent. num. 50. Foller. pract. crim. 4 p. nu. 88. ubi dicit, quòd

T in

in sententiis criminalibus causa debet poni.

Quintò, sententia prolata super præsentatione vel electione, ut v. g. de institutione præsentati, vel confirmatione electi, an sit interlocutoria solum, vel interlocutoria habens vim diffinitivæ, vel diffinitiva, vide Gem. in c. fin. ver. secundò nota. & gl. de elect. lib. 6. ubi dicit, si causa sit inter partes, in contradictorio iudicio habes vim diffinitivæ, si non sit solemniter, vim interlocutoria, si solemniter, & non inter partes, vim diffinitivæ etiam, quod deservit pro declaratione sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 20. de resor. & dicitur quod est in 1. p. ver. appellatio, §. 11.

SECRETUM.

Secretum non debet revelari, etiam Præfato præcipienti sub pœna excommunicationis, quando non potest probari, vel non præcesserit infamia, vel indicia, Sot. de rat. teg. seer. fol. 119. D. Th. 2. 2. qu. 92. secretum sigilli confessionis nunquam, sed vide in pract. pen. c. 20.

SUBDITI.

Subditi, qui dicuntur? Respondetur, quod non solum ratione originis, vel domicilii, sed ratione delicti, contractus, rei sitæ, & beneficii, cap. fi. de for. comp. & c. Romana, §. contrahentes, eod. lib. 6. & ibi Covar. cap. valentes, de privileg. & hoc facit pro iuribus antiquis, vel novissimis, & præsertim sac.

Conc. Trid. in cap. liceat, ubi habetur, Episcopum posse exercere jurisdictionem in subditos, & sic posset in omnes subditos, de quibus hic Addit. in Host. in sum. tit. de sent. excom. §. medium, littera C. facit quod dicit gl. in cap. nuper, in ver. tunc erit absolutio, de sent. excom. & gloss. in Clem. quamvis, in ver. subditos, de for. comp. & Gem. & Archid. in cap. cum Episcopus, versi. ex secundo, de off. ord. lib. 6. ubi dicitur, prælatum habere ordinariam auctoritatem in aliquas personas ratione delicti, rei sitæ, & contractus, licet alibi habeant domicilium.

SEPULCHRUM CHRISTI.

Sepulchrum Christi Domini nostri non potest sine summi Pontificis licentia visitari, & non sine ratione, & ea potissima, ne leves homines terroribus, blanditiis, & vel cruciatibus infidelium à fide divertantur, D. Ant. 1. part. tit. 2. c. 3. §. 4. tract. de iur. & indulg. not. 30. n. 2. Reb. de brev. post. & alijs, nu. 35. ubi dicit hoc concedi per breve, vel per signaturam, si est præsens, vel absens impetrans.

SEPULTURA.

Primo, an habens sepulturam in aliqua ejus capella, possit admittere, ut alii sepeliantur in ea, Navar. cons. 1. de sepult. videtur dicere, quod sic, per Clem. dudum, §. huiusmodi, de sepult. etiam sine speciali licentia Episcopi, hoc tamen ego limito, primo, ne procedat, quando ex hoc sequeretur præjudi-

judicium Episcopo, putà, quia solet aliquid exigere pro jure sepeliendi, & si aliquis sepeliatur in sepultura patronata, Episcopus amitteret illud, quia nec Princeps solet concedere privilegium alicui in præjudicium tertii, c. ex tuarum, de auctor. & usu pall. & ibi gl. in ver. permittat, nec Papa conferre solet beneficium, in quo, vel ad quod quis habet jus, per reg. Cancell. de non toll. & c. secundò, fallit, quando patronus non haberet facultatem in concessione sibi facta ab Episcopo, ut possit alios admittere ad sepulturam suam.

Secundò, an meretrix, quæ eo anno confessa est, & Paschate communicavit, etiam si reperiatur in domo amasi sui occisa, debeat sepeliri in ecclesiastica sepultura?

Respondetur, quòd sic, quia præsumitur mortua contrita, & non in actu peccati, Navar. cons. 6. de sepul: idem censendum est, si quando aliqui reperiuntur occisi propter incontinentiam à propinquis, quia præsumuntur obiisse, invocato sanctissimo nomine Jesu, omnis moriens, qui Paschate confessus est, & communicavit, nisi constito, quòd in peccato mortali mortuus esset, similiter etiam, quia reperitur mortuus, vel suspensus, vel occisus in camera etiam jacuis clavis, nisi sciatur, seipsum occidisse, idem cons. 7. de sepul. & constare, & scire dicitur, quando certò scitur, secus in dubio, quia in dubio præsumi debet, quem potius benè, quam malè mori, c. sancimus, 7. qu. 1. c. placuit, 23. qu. 5. Covar. lib. 2. c. 1. num. 10. var. resol. sic etiam

inventus mortuus in puteo, idem ibidem.

Tertio, sepultra alicui concessa per privilegium; non ideo tollit quartam canonicam debitam curato, etiam si concedatur libera, Panor. in c. certificari, col. 3. num. 10. de sepul. Rebuff. de differ. in tit. privil. rescript. & mand. nu. 17. ratio est vulgatissima, quia quotiescunque Princeps concedit aliquod privilegium alicui, intelligitur, absque præjudicio tertii.

SIMONIA.

PRIMO, quamvis sit simonia, dare aliquid ministris, vel servitoribus alicujus prælati, ut perrigant preces illi, pro beneficio impetrando, non tamen quando eis datur aliquid, ut sollicitent, & ad memoriam reducant negotium, Navar. cons. 54. de simon.

Secundò, Episcopus concedendo jus patronatus alicui, vel jus præsentandi ad aliquod beneficium ob augmentum reddituum, quod accipiens dat, si ob id aliquas pecunias acceperit, non est excommunicatus ipse Episcopus, nec incurrit aliquam labem simoniæ: ratio est, quia excommunicatio simoniæ non incurritur, nisi vel in ordine, vel beneficio, sed jus patronatus non est beneficium, sed jus quoddam spiritali annexum, vide Navar. cons. 87. de simon. & c. 23. 3. notab. 4. 5. & 6. & c. 27. num. 106: Extravag. Paul. II. de simon. sed illa Extravag. intelligitur de simonia reali, Gom. quæst. 12. de trien. possess. & in beneficialibus, & ordinibus

nibus ecclesiasticis, eujusmodi non est jus patronatus.

Tertio, simoniacus occultus, ut quia habuit beneficium per simoniam, non est inhabilis ad alia habenda beneficia, modò sit absolutus priùs ab excommunicatione, nec si est notoria, vel de ea fuerit condemnatus, Navar. *confi.* 95. nu. 5. *verfi.* 5. hoc tamen fallit in parochialibus, ubi simoniacus perdit beneficia obtenta, & est inhabilis ad futura. Conc. Trid. *sess.* 24. c. 18. *S. caveantque, de refor.*

Quarto, simoniacus ignoranter privatus de beneficio, potest per Episcopum dispensari, ut possit habere idem beneficium, etiamsi institutio illius non spectet ad dictum Episcopum, sed ad alium inferiorem, Nav. *confi.* 67. n. 5. *de simon.*

Quinto, si quis dat pecuniam, vel aliquid examinatis, ut approbent eum ad ordines suscipiendos, vel aliis, ut impetrent pro eo dimissiones ad ordines, vide Navar. *confi.* 67. *de simon.* & *supra in ver. dimissionis.*

Sexto, qui recipit beneficium ad confidentiam, committit simoniam conventionalem, & fit incapax ad beneficia obtinenda in futurum, sed ad privationem beneficii non proceditur, nisi quando agitur de simonia reali, Cassad. *decis.* 5. *de constit.* Caputaq. *dec.* 238. p. 3. hoc tamen intellige, nisi interveniat datio, & perceptio, ex utraque parte, prout dicitur *inferius*, quia tunc esset realis.

Septimo, datio sive perceptio, sive conventio superveniens ex postfacto,

non inducit simoniam, Abb. *in cap. cum M. num.* 24. *de constit.* Dec. *confi.* 218. num. 4. Caputaq. *dec.* 239. par. 3.

Octavo, simonia non probatur per testes socios criminis, & muneris, etiam quod nisi receperunt, dummodò fuerit illis promissum, Caputaq. *decis.* 244. p. 3.

Nonò, qui permutavit beneficium cum alio beneficio, quod permucans assererat valere in fructibus viginti aureos, & afficit illi resignatario fructus annuos, pro illis viginti, si realiter illud beneficium non valebat viginti, & iste ignorat, & percipit, an committat simoniam?

Respondetur, quòd non, pro tempore, quo id probabiliter ignorabat, quia sic ignorans, debet excusari à damno, c. 2. *de constit.* & nulli debet prodesse sua fraus, c. *sedes, de rescrip. l. inquit fullo, ff. de furt.* quod idem affirmat de contractu censitico posito supra rem non tantum fructificantem quantum vendens asseruit, Nav. *com. de usur.* q. 26. nu. 118. & sic postea scit, non tantum valere, sufficit quòd fiat compensatio pro rata, nisi esset quid modicum, Nav. *confi.* 13. *de rescript.*

Decimò, simoniaca interpretatio, collatio, renunciatio, electio, est ipso jure nulla, Extravag. Paul. II. de qua *superius*, juxta limitationem positam ibi ex Gomezio, & dicitur *infra*, §. 13. Cap. Tolos. q. 438. & ibi Addit.

Decimoprimum, annatam, vel medios fructus beneficiorum solvere, an sit simonia, vide *in ver. Bulla*, §. 12.

Decimosecundo, modicum quid acci-

accipere pro Bullis, vel pro expensis factis in illis, aut pro collatione facta ab Ordinario, etiam pecuniam, non est Simonia, gloss. in c. super hoc, in ver. pecunia, de renunc. Imola, & Fel. in c. dilectus, il primo, de simon. Rebuff. tit. de simon. in resign. n. 22.

Decimotertiò, Titius permutans beneficium cum Seio, cum pacto, ut Seius expediat utrasque Bullas suis expensis, an sit simoniacus? respondetur quòd sic. Nav. conf. 30. de simon.

Decimoquartò, in simonia reali, ad hoc, ut incurrantur poenae praedictae, an sufficiat, quòd ex una parte tantum fiat receptio rei, vel temporalis, vel spiritualis, verbi gratia, promittit quis centum Episcopo, vel cuilibet, pro habendo beneficio vel ordine? respondetur, quòd Cajet. in sum. in ver. simonia, 22. q. 100. art. 6. & Sor. & magister meus, tenent, quòd sufficit, si quis habuerit ordinem, vel beneficiu, licet nondum sint soluta illa centum, sed Nav. in c. 23. in Manual. dicit quòd non, nisi sit consummata datio, & acceptio ex utraque parte, & ita videtur sonare Extravag. Mar. V. in Concil. Constant. quae incipit, Sacro, ut refert Sylvest. in ver. simonia, §. 19. & ita ego censeo, tum per c. odia, tum quia habemus Doctores, tum quia jugum Domini suave, & quia poenae non incurrantur, nisi de eis fiat expressa mentio, prout in c. isqui, de sent. excom. lib. 6.

Decimoquintò, dubitatur, quis possit dispensare cum simoniaco? Respondetur primò, si simoniacus est in beneficio, & simonia causata est eo sciente,

tunc solus Papa dispensat ut possit habere, vel illud, vel aliud beneficium, c. de simoniace, & ibi Abb. & in c. quoniam, de sim. Sylva, 3. p. 9. 31. n. 4. dico 2. si simonia contracta est eo ignorante, si durat ignorantia probabilis, ea durante, nec incurrit censuras ecclesiasticas inflictas contra simoniacos, nec consequenter privationem beneficij, quia vulgatum est illud Canonistarum, & Theologorum, censuras ecclesiasticas non incurri sine peccato mortali, vel contumacia, c. nullus, cum vulgaris, 11. q. 3. & ad incurrendas poenas, & irregularitates, requiritur praesumptio, Clem. 1. & ibi Doct. in ver. praesumpserint, de privil. Cajet. & Nav. tertio, si scivit, postea statim tenetur id beneficiu resignare, & tunc potest Episcopus cum eo dispensare in eodem beneficio, eumque absolvere à censuris, gl. in d. c. simoniace, in ver. remanere, & in c. ex insinuatione, in ver. elegerunt, eod. tit. & in c. per tuas, il secundo, in ver. securè, in fine, Gom. q. 12. de trien. poss. dico quartò, quo verò ad censuras ecclesiasticas incurtas à sciente committente simoniam in beneficio, si casus fuerit occultus, potest Episcopus eum absolvere, & cum eo dispensare, prout dictum est superius, & per doctrinam antiquorum, prout refert Apostil. in d. c. & gl. num. 3. & per sac. Conc. Trid. a. liceat. 24. sess. in beneficio verò sic simoniace scienter impetrato solus Papa dispensat, & non solum perdit illud, sed praeterita, & fit inhabilis ad futura, prout sac. Conc. sess. 24. c. 18. juxta medium, de resor. & si dices, ibi loquitur in concurrentibus ad beneficia curata:

dico, quòd valet propter indemnita-
tem rationis: si urges non licere fieri
extenſionem de caſu ad caſum in pœ-
nalibus: dico quòd ſic, quando militat
eadem ratio: prout dixi in *ver. extenſio*,
hoc eſt verum ſolum in concuſſu paro-
chialium, prout *ſupra*, §. 3. oppoſitis
non obſtantibus. dico quintò, ſi ſimo-
nia eſt in ordine, nec poteſt Episcopuſ
abſolvere ſimoniacum, tam ſi ignoran-
ter, quàm ſi ſcienter eam incurrerit,
modò caſus ſit occultus ex doctrina e-
juſdem ſac. Conc. dico ſextò, ſi verò
caſus eſt publicus, putà, quia ſcitur
ſaltem à ſex perſonis, prout dictum eſt
in *ver. excommun. de cau. form. §. tertium*
dubium, ver. quintum: tunc Papa abſol-
vit, quia eſt Papalis excommunicatio,
prout in *Extrav. Paul. II. que incipit, De-*
teſtabile, in tit. de ſimon. Navar. cap. 23.
not. 4. cum ſeq. & c. 25. num. 6. notab. 3.
& dixi in *ver. dimiſſaria*, §. 7. & quia ſac.
Conc. ſolum concedit Episcopuſ abſo-
lutionem caſuum Papalium occulto-
rum, ac diſpenſationem irregularitatis
occultæ (excepta ea, quæ ex homicidio
voluntario.)

Decimoſextò, quòd remedium ſi-
moniaco? Reſpondetur, ſi eſt in bene-
ficio ignoranter, & occultè, prout di-
ctum eſt ſuperiùs, adeat Episcopum,
qui eum poteſt abſolvere, & cum eo
diſpenſare, abſolvere dico, quatenus
indiget, quia ſtante ignorantia, non
incurrit, ut patet: dico diſpenſare, ut
poſſit retinere beneficium; & quamvis
multi Doctores dicant, quòd Episco-
puſ poſſit cum eo diſpenſare, ut poſſit
retinere idem beneficium, ſed non ean-

dem dignitatem, ſed ego non curo de
hac diſtinctione, cum ignorantia pro-
babilis excuſet ſi ſcienter adeat Papam
cum doctrina, & practica, Rebuff. in
tit. quot modis beneficia acquir. num. 9. ſi
in ordine, dic ſimiliter, prout *ſupra*:
nam ſimoniacus in ordine eſt ipſo jure
ſuſpenſus, & excommunicatus, in be-
neficio verò, ſolum ipſo jure ſuſpen-
ſus, Sylve. in *ver. ſimonia*, §. 19. Navar.
c. 23. in ult. & patet ex dictis,

SODOMIA.

Primò, nimium nefandum crimen
eſt mixti fori, & ſi quis ob id fuerit
punitus à iudice eccleſiaſtico, poteſt
etiam à ſeculari iudice puniri, Navar.
conf. 1. de iudic. huius nefandi criminis
pœnas præterea, quæ ſunt de utroque
jure, vide Bull. Pii V. *que eſt §. & incipit,*
Cum primum, & Bull. 70. *que incipit,*
Horrendum, & Leo X. Bull. 11. *que inci-*
pit, Suprema, ubi omni privilegio cleri-
cali, officio, dignitate, & beneficio ec-
cleſiaſtico eſt ipſo jure privatus, exer-
cens tale facinus, vide Navar. *c. 27. à*
nu. 248. & eſt cauſa ſeparationis inter
conjuges, Covar. *de ſponſ. 2. par. c. 7. §. 5.*
nu. 7. & impedit ordinis executionem,
Staph. *f. 140. nu. 5.*

Secundò, privatur ipſo jure bene-
ficio, quia eſt graviffimum crimen, *c.*
mulier. §. 9. §. 1. c. per odia. & quæ allegat
Rebuff. *de mod. amit. benef. nu. 30.* quòd
tamen limita, & intellige juxta notata
per Navar. *in manu. c. 27. n. 249.* ubi re-
fert partem Bullæ Pii V. per quam pri-
vat ipſo jure omni privilegio, officio,
dignitate & beneficio eccleſiaſtico, &
quòd

quod degradatus per iudicem ecclesiasticum, tradatur Curiae seculari, vide Diaz in *pract. crim. canon. c. 20. c. clerici, de excess. pralat. c. flagitia, 32. qu. 7.*

SUSPENSIO.

Primò, quia interdum quis suspenditur ab officio, aliquando à divinis, quæritur, quid intelligitur per suspensionem ab officio, & quid à divinis? Respondetur, quoad primum, quod suspensio ab officio includit suspensionem ab omnibus actibus peculiaribus ordinum, & jurisdictionis, unde non potest sic suspensus exercere actum aliquem ordinis, nec jurisdictionem, vel prædicare, vel legere: suspensus verò à divinis includit solum actus peculiare ordinum, & sic prædicando, legendo, exercendo jurisdictionem, non incurrit irregularitatem, sicut in primo casu, ubi exercendo actus convenientes ordini solum, fit irregularis, Cov. in *c. alma mater, 2. parte, §. 2. num. 4. c. responso, de sent. excom. Nav. consi. 58. 60. & 63. de sent. excom. Sylvest. in ver. suspensio, §. 5. ver. si verò, Diaz pract. crim. can. c. 122. & Covar in *c. alma mater, 2. p. §. 2. loc. cit. suspensus à beneficio quid importet, vide in 3. p. eod. ver. suspensus simpliciter quid importet, vide ibidem, ubi importat suspensionem ordinum, Genin. in *c. 1. §. eos, notab. 3. de temp. ord. lib. 3.***

Secundò, si quis incidit in irregularitatem, & postea dispensetur secum per Datarium, tamen imposita ei suspensione magna ab ordinum executione, an Episcopus possit eum absol-

vere à dicta magna & longa suspensione. Navar. *consi. 16. nu. 2. de temp. ord.* dicit quod non, ego verò dicerem, quod sic, stante causa, prout dixi in *ver. Penitentia*, quia magis & minus non variant speciem.

SPONSUS.

SI duo contrahunt matrimonium per verba de presenti, & ante copulam alter illorum ingrediatur monasterium, seu religionem, altero invito, quantum temporis tenetur ipsum expectare, remanens in saeculo? Respondetur in *cap. ex publico de convers. conjug. per duos menses, vel alias arbitrarium, cap. commissum, de sponsal. Extravag. anti. concertat. Jo 22:* tamen de jure novissimo sac. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 15. de refor. reg.* debet expectare usque ad professionem expressam, quæ fit elapso anno integro, Navar. *consi. 1. de convers. conjug.* & ita practicavi Surrenti, quamvis elapso anno uxor exiverit à monasterio, & vir etiam à sua religione, & sic in saeculo permanserunt usque ad mortem, de anno 1584. & ratio est, quia si remanens in saeculo expectatis duobus mensibus, vel antequam alter ingressus religionem profiteatur expressè nubat secundo, si ille exierit à religione, quid? ergo expectare potest professionem expressam.

SPOLIUM.

Quia subcollectores, seu Commissarii spoliorum solent aliquando ponere manus in ea, quæ de jure non sub-

subiunguntur spoliis, contra intentionem summorum Pontificum, & dispositionem sacrorum canonum in eorum grave peccatum, & tertij præjudicium: ideo pro practica quotidiana volui hic inferere multa notanda.

Primò, mos spoliandi defunctos ecclesiasticos bonis per collectores fuit ab antiquo servatus in Romana Curia, ut dicit Card. in *ca. nisi cum pridem*, §. *intueri*, nu. 3. not. de *renunc.* ubi subdit propter hanc causam, plures viros egregios abhorrere prælaturam ne priventur libertate testandi, ita Gom. de *brevibus* num. 17. Gem. in *ca. nemo*, de *elect.* lib. 6. dicit quòd tempore suo collectores recipiebant fructus beneficiorum vacantium prout modò etià faciunt.

Secundò, bona quæ beneficiatus reliquit ex his, quæ in suos usus decenter insumere poterat, quæ facit sibi quasi patrimonialia, non sunt spolia, Nav. *tract. de reddit. Eccles.* monito 26. & *tract. de spolijs*, §. 1. n. 3. & §. 6. n. 7. per Bul. Pij. V. hoc tamen limita primò, procedere in beneficiarijs sæcularibus, non in beneficiarijs regularibus, idem *loc. cit.* §. 5. num. 2. secundò, ego limitarem pro leviori, & breviori practica non procedere in beneficiato, non habente redditus ultra triginta aureos, prout *inferius*, §. 6.

Tertio, bona, quæ prælati, & beneficiarij regulares delinquunt in consumpta, sunt spolia.

Pius IV. Bul. sub datum Romæ, anno M. D. LX. Nonis Februarij, Pontificatus sui anno 2. Nav. *loc. cit.* §. 5. nu. 2.

Quartò, spolia non solum in Italia,

sed etiam in alijs regnis, & provincijs sunt Papæ, *ibidem*.

Quintò, beneficiati, tam curati, quàm simplicis beneficij, non possunt testari, nec legare, nec donare causa mortis, sed solum irrevocabiliter inter vivos, Nav. de *red. sup. ca. si. 10. q. 1. monito 34.* & in *apolog. monit. 81. de spol.* §. 6. n. 5. ver. 1. noto; ratio est, prout tangit Covar. in *c. cum officijs*, de *test. nu. 1. & 3.* ubi disputat, an clericus sit usufructuarius, an usurarius de redditibus ecclesiasticis, & concluditur ab omnibus cõmuniter, quòd est usufructuarius in vita, & usufructus in morte, vide Syl. in *clericus*, quarto, §. 20. & 21. vide glos. in *cap. feri*, in ver. *orbitus*, de *pecul. cler.* Gomez. *qu. 1. in ult. de trien. possess.* Jo. Nic. Gom. de *grat. expect. sol.* 377 num. 24. & 25.

Sextò, bona beneficij, qui non habet beneficia, vel pensionem excedentem valorem triginta ducatorum aurei de Camera, non faciunt spolia, Bul. Pij. V. & Navar. §. 1. num. 5. & 7. *loc. citat.* nisi exercuerit negotia illicita, qui triginta ducati de Camera aurei, faciunt plusquam quadraginta de regno.

Septimò, bona regularium decedentium extra claustra, & apostatarum sunt spolia, & spectant ad Reverendam Cameram Apostolicam, Greg. XIII. Bull. 44. *quæ incipit Officij nostri*.

Octavò, spolia prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum sine testamento, vel facultate testandi decedentium, sunt spolia. Paul. III. Bul. 13. *quæ incipit Romani Pontificis*.

Nonò, prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ, testandi facultatem à Sede Aposto-

Apostolica habentes decimam partem bonorum locis piis donare, aut jure legati tantummodo relinquere possunt. Paul. III. Bull. 53. *quæ incipit Romanus Pontifex.* Pius IV. Bull. 11. *quæ incipit, Grave.* Pius V. Bull. 71. *quæ incipit, Sacrosanctum.*

Decimò, revocatio facultatum tenendi, & quovis modo disponendi de acquisitis ex locis ecclesiasticis, ac de aliis rebus, etiam proprio labore partis ad commodum illegitimorum, etiam legitimorum, non tamen hospitalibus expositorum, & orphanorum, & abrogatio habilitationum eorundem illegitimorum succedendi in dictis bonis, aut rebus feudilibus, & emphyteuticis à piis locis profectis, videatur in Pio V. Bull. 220. *quæ incipit, Quæ ordini,* & ampliatur hoc etiam ad bona patrimonialia, idem Bull. 152. *quæ incipit, Ad Romanum.*

Decimoprimum, Clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita veniunt sub nomine spoliij, & spectant ad Reverendam Camera Apostolicam. Pius IV. Bull. 23. *quæ incipit, De cens.* & Bull. 31. *quæ incipit, Romanus* & Pius V. Bulla hic inserta.

Decimosecundò, quia subcollectores vel commissarij quando beneficiatio non sunt in summa contenta triginta ducatorum de Camera, prout in Bull. prædict. solent intrare per aliam portam, nempe per illicitam negotiationem, idè volui hic inferre aliquot casus, de quibus posset dubitari. nam omnia acquisita per negotiationem illicitam à clericis quæ remanserunt mortis

Prax. Episc. Pars II.

tempore, vel quibus in vita privantur, sunt spolia, ita Nav. de spol. §. 7. ver. 3.

Decimotertiò, primùm omnia acquisita per clericos ex beneficijs retentis contra jura, putà exocrabilis, vel non residentes, vel per simoniam, & alia, prout habes per extensum in verb. intrusus:

Secundum ex officijs exercitatis cōtra jura, prout in Clem. 1. de vit. & hon. cler. & in tot. tit. de vit. & hon. cler. & alia quamplura, quæ habes in Diaz in præf. cri. canon. Holt. in sum. de vit. & hon. cler. Syl. in ver. clericus, 3. ut Medicinæ, Chirurgiæ, & alias, eis prohibitis ex obsequijs indecenter Regibus & alijs secularibus personis, Argum. cap. præterea, ca. jamdudum, ca. de multa, de præb. procurantes villarum, Advocati coram judicibus secularibus, quod tamen fallit in clericis secularibus, in minoribus constitutis, carentibus beneficijs sufficientibus ad victum, qui possunt exercere aliqua ex prædictis, similiter in habentibus sacros ordines, & non habentibus unde vivant, quia sibi liceret ista prædicta exercere, & quæ dixi in ver. clericus, §. 15. & Nav. in ca. fraternitatis, 12. q. 1. & de spol. §. 7. nu. 5. facit ca. 86. dist. Nav. cons. 3. de testa.

Decimoquartò, annui census, & alia mobilia, seu immobilia, exempta ex redditibus ecclesiasticis à beneficiato, an pertineant ad spolia? Respondetur ex Nav. loc. cit. §. 1. nu. 4. ver. 3. quod per Clem. sape, §. cumq. annui census, de verb. sign. & Nav. loc. cit. §. 16. ver. 11.

V

De-

Decimoquintò, utrum Capellaniæ, seu Missæ celebrandæ in aliquibus altaribus, excedentes summam ducatorum triginta, prout in Bulla, faciunt spoliū in sacerdote habente illas tempore obitus, vel introitus durante vacatione dictarum Missarum, sint spolia? Respondetur: prout *suprà* in ver. Capellaniæ, & distingue, prout ibi. nam si non sunt summatæ auctoritate Ep. & opi, non veniunt appellatione beneficij, prout gl. in Clem. 2. de decim & Io. de Selua. tra. de benef. 1. par. q. 3. n. 10. & q. 4. n. 12. & sic non faciunt spolia, similiter nec pensio annua, quia non venit appellatione beneficij, prout multis probat Selua loc. cit. n. 11. per totum, unde si quis solum habeat pensionem, vel beneficium triginta ducatorum, non facit spolia propter easdem rationes, hoc tamen puta habere locum, quando pensio non datur in titulum, Cov. in c. cum in officijs, n. 6. in fi. de testam. Gigas tract. de pens. qu. 52.

Decimosexto, utrum clericus conducens, seu affictans prædia, vineam, viridaria, facit spolia? Diaz loc. cit. cap. 50. dicit quod non licet ista exercere clericos, tamen Sylve. clericus, 3. n. 4. §. 2. ait posse, idem Ang. in ver. clericus. q. 9. §. 12. vide acta Mediol. Ecclesiæ, fol. 11. col. 3. vide Bull. Pij IV. quæ est 23. & incipit, decens esse. Nav. conf. 5. nu. 3. de success. ab intest. & conf. 3. de testam.

Decimoseptimò, quia dictum est superius, servientes personæ ecclesiasticæ sæcularibus dominis facere spolia, an hoc sit verum unde quaque? Respondetur, quod fallit de consuetudine,

& stylo Curia in his, qui agunt negotia Regum, & aliorum Principum, etiam salario. Navar. confil. 4. de donatio, ita etiam clerici exercentes negotia prælatorum, ubicunq; etiam cum salario, etiam in tribunalibus laicorum, per easdem rationes.

Decimooctavò, clerici regulares, vel sæculares degentes, & morientes Romæ, non faciunt spolia, Nav. conf. 6. de donat. & conf. 6. 3. de testam. & 8. de success. ab intest. ex Bul. Sixti III. Alex. VI. Leo. X. Pij. IV. 31. quæ incipit, Romanus & Jul. IV: & ita consultuit Nav: in tribus consilijs citatis, & in com. de spol. §. 19. n. 1: super ca. non liceat Papa, 12. q. 2. §. 6. in prin: similiter in d. conf. 3. de success. ab intest. dicit, quod omnes clerici, tam sæculares, quam regulares, beneficium habentes, degentes in Urbe, possunt disponere in vita, & in morte de omnibus bonis quæ sitis, etiam extra fructus beneficiorum suorum, etiam per negotiationem acquiritorum, per facultatem amplissimam, concessam à Sixto IV: Leo: X: per Bullas suas, ita Navar: conf. 6: n. 5. de donat: sed Illustris: & Rever: Jacobus Aldobrandinus Nuncius Apostol. in Regno Neapolitano, mihi respondit in factò præfatas Bullas intelligi de rebus quas ipsæ personæ ecclesiasticæ tempore mortis possident, vel habent Romæ, secus verò de rebus, quas extra Urbem haberent: nam subsunt spolio, casu quo spoliū facerent, & hoc mihi accidit in factò anno 1599: de mense Julij.

Decimononò, clericus etiam in facris, ad se suosq; honestè sustentandos, potest

potest aliquam honestam exercere negotiationem, unde nec bona, quæ sic acquisita morientes relinquunt, sunt spolia Camera Apostolicæ reservata. Nav. *conf. 5. n. 3. de success. ab intest. & conf. 3. n. 3. ne cler. vel monach.*

Vigesimò, an Reverenda Camera teneatur solvere debita relicta à beneficiarijs ex spolijs? Respondetur, quòd Nav. *tract. de spol. §. 12. n. 6. & 7.* videtur dicere, quòd non, sed hæres beneficiarij: non sine causa dixi, videtur dicere; quia in loco inferiùs citando expressè dicit, quòd non, nisi quando defunctus non deliquit alia bona, unde possit propriùs creditoribus satisfieri, quia bona, in quibus Camera ratione spolij succedit, intelliguntur deducto ære alieno, per *l. subsignatum, §. bona, ff. de ver. sig.* ubi habetur, quòd illa bona tantum dicuntur esse relicta à moriente, quæ deducto ære alieno supersunt, & ita consuluit Nav. *consil. 7. de solut. n. 5. & 13.* nec obstat decisio Rot. *1. de solut. in antiquis*, quia ei bene responderet Nav. *l. c. n. 14. v. ad quartum*, quia si esset verum simpliciter Camera, quæ succedit bonis beneficiarij, solùm teneri solvere debita prædecessoris, quæ non necessitate Ecclesiæ contracta fuerunt, prout *c. 1. de solut.* sequeretur, quòd non teneretur solvere panem, vinum, carnes, & alia empta ab ipso pro sustentatione decentiæ suæ vitæ, & personæ, si antequam moreretur, ipsemet non solvisset, quod est absurdum, & ita non dicendum, *l. nam quod absurdum, ff. de bon. liber. idem Nav. conf. 4. de donat.* ubi agit de relictis ab officialibus, & alijs servientibus,

quod solvi à Reverèda Camera debet.

Vigesimoprimum, spolia non sunt ornamenta, paramèta, vasa sacra, &c. nec patrimonialia, seu quasi dolia vacua, scamna, mensæ, cathedræ, tabulæ, & alia supellestilia, nec ea, quæ ipse donavit, vel reddidit Ecclesiæ sine fraude, Bull. Pij V. de qua Navar. *de spol. §. 1. num. 4.*

Vigesimosecundò, dubitatur an appellatione supellestilium prædictorum veniant vestes, lectus, linteamina, culcitæ, sive maratazzi, ferramenta, & alia hujusmodi. Nav. *l. c. n. 6.* videtur dicere, quòd non, quia dicit numeratis omnibus de quibus in Bul. hujusmodi supellestilia habendo respectum ad prædicta, & quia est nova concessio, quæ strictè debet intelligi, ut patet *vulgatis*, & idem §. 16. tamen practica vidi, & expertus sum passim vendi à subcollectoribus paramenta, tapetia, linteamina, mutatoria, libros, cappas, vestes, rochetum, robaleas, sive mappas, & alia præterquam contenta in dicta Bulla, licèt aliquando dicti subcollectores ultra supra crepitent, ad quod providere debent superiores ad evitandas fraudes, & excommunicationes,

Vigesimotertiò, an emolumenta, quæ succedunt Sede vacante, sint spolia? Respondetur, quòd sic, quia de jure communi competunt Episcopo successori, cui succedit Reverenda Camera Apostolica hodie, Cov. *in c. relatum, il primo, n. 2. de testam.* & omnia quæ Sede vacante obveniunt, quia deberent de jure communi reservari futuro successori, subsunt spolio, & dicunt

cunt ea, quæ viventi Episcopo contingebant, vel omnia quæ ad Episcopum pertinebant, Gem. in c. quia sæpe, not. 3. de elect. lib. 6. vel potest de eis reparari Ecclesia, vel ejus utilitas expendi, idem ibidem, & potest dari salarii vicario, Gem. ibi ver. quæro, an sit eis licitum, sed Gl. in c. quia sæpe, ver. reservari, de elect. l. 6. & ibi Gem. dicit, quod quæ veniant ratione jurisdictionis, ut puta ex condemnatione, vel sigilli, vel hujusmodi, sunt capituli, quod succedit in omnibus, quoad jurisdictionem, & sic non subsunt spolio, quod nota, quia aliquid dicebant contrarium, & ad doctrinam Conc. potest responderi, intelligi de rebus, quæ non competunt successori.

Vigesimo quarto, distributiones quotidianæ non faciunt spoliū, quare de his potest clericus testari, quia vocatur denarium diurnum, Gem. in c. fm. ver. ex his insertur, de off. ord. lib. 6. Sed distinguitur prout ibi.

Pius V. edidit Bullam circa bona, quæ non veniunt sub nomine spoliū Reverendæ Cameræ Apostolicæ, & est 44. in ordine, & incipit, Romani Pontificis, & infra publicata 1567.

Romani Pontificis, & infra, Nos abustibus, scandalisque hujusmodi providere, ac singularum Ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet salutem consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia & sin-

gula ornamenta, & paramenta, ac vasa, nec non Missalia, & Gradualia, ac cantus firmi, & musica, aliq̄, quomodolibet nuncupati libri, & alia res sacra, etiam auri, & argenti, ac quacunque alia bona per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Commendatarios, & alios quoscunque, quacunque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes quocunque nomine, vel titulo censeantur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret ad usum, & cultum divinum, etiam in eorum privatis aedibus, & capellis, vel oratoris destinata tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta sub quibusvis facultatibus testandi, & alias disponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscunque Romanos Pontifices predecessores, & successores nostros, ac nos sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet concessis, & concedendis minime comprehendantur: nec sub appellatione spoliū veniant, sed ad singulas Eccl. Monasteria, etiam Conventu carentia, & beneficia hujusmodi, in quibus resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ alias obtinuerint, omnino spectent, & pertineant, ac spectare, & pertinere, illaque post eorum obitum eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis, etiam in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Eccl. & Monasteriorum regimini cesserint, vel

vel beneficia huiusmodi renunciaverint eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censentur. Ita quod liceat illis defunctis in eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis, successoribus, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi capitulis, & conventibus respectivè illa propria auctoritate liberè apprehendere, ac eorum Ecclesiis, & Sacristiis applicare, & incorporare, ac quaecunque donationes, ac reliqua, & legata, testamenta, & codicilli, & alia ultima voluntates, seu spolia de super contra presentis constitutionis nostrae tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad premia, nulla & invalida, nulliusve valoris & momenti existant, & personis etiam ecclesiasticis, seu locis etiam pijs, aut ecclesiasticis quibuscunque, in quarum, seu quorum favore pro tempore facta fuerint, minimè suffragentur, nec per ea eisdem personis seu locis, vel alijs Ecclesiis huiusmodi aliquod jus in rebus predictis, vel ad illas, acquiri possit. Quinimò res sacras, ac alia bona predicta quocunque nomine, vel titulo pro tempore continentur ad illa Ecclesiis, & Monasteriis, ac beneficijs per defunctos quomodolibet acquisitis, ut praefertur, juxta presentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum, quibusvis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis, omnino teneantur, & ad id per censuras, & poenas etiam furti, & sacrilegij, ac alia iuris, & facti remedia opportunè cogit, & compelli possint & debeant. Insuper ne deinceps contingat insolentia spoliatorum Camerae Apostolicae collectorum, vel subcollectorum, alias Ecclesiarum, nec hominum quenquam damno, & injuria affici, nec

quisquam de cetero vertatur in dubium, quae res habendae sunt nomine spolijs, simili modo statumus, decernimus, & declaramus, quod quaecunque scamna, cathedrae, arcae, & etiam lignae, vel lapideae, etiam marmoreae mensae, & tabulae, ac quaecunque dolia, seu vasa vinaria, vacua, & alia similia suppellectilia domestica per quosvis presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum domibus Ecclesiarum earundem, vel alibi ubivis locorum relicta, etiam si ex fructibus & proventus beneficiorum, quae dum viverent, obtinebant, acquisita fuerint, sub spoliatorum appellatione minimè veniant, nec pro spolijs ullo modo reputari possint. Praeterea, quod nullum spolium Camerae praefata fieri, nec quicquam à quibusvis spoliatorum Camerae huiusmodi collectoribus vel subcollectoribus exigi possit per obitum illius, qui dum viveret, unum vel plura beneficia ecclesiastica obtinuerit, cujus, vel quorum insimul fructus, redditus & proventus 30. ducatorum auri de Camera, secundum aestimationem, & valorem annum non excefferint, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus ecclesiasticis usq; ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita negotiatione, & à sacris canonibus prohibita abstinerit, ita quod si quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerint sive similes pensiones perceperint, praetextu spoliatorum ejusdem Camerae percipere, aut alijs contra presentes nostras literas attentare praesumpserint, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur,

ac ad vitam juris, etiam per similes censuras, & pœnas cogi & compelli possit & debeat. Districtius inhibentes quibusvis Camera præfata spoliatorum collectoribus nunc, & pro tempore existentibus sub indignationis nostræ, & privationis eorum officiorum pœna, ne in ornamentis & paramentis, ac vasis & libris præfato cultui divino dicatis, ac alijs in rebus sacris, nec non suppellectilibus præfatis quomodolibet se intromittant, nec in eorum inventariis tanquam spolia redigant, seu describant, sed ornamenta & paramenta, nec non vasa & libros, aliaque divino cultui dicata hujusmodi Ecclesijs & monasteriis, capellis, & alijs beneficijs hujusmodi, eorumque rectoribus, & alijs præfatis liberè admittant & consignent, ac consignari faciant cum effectu, ac suppellectilia prædicta in locis, ubi constiterint, relinquunt, ac decernentes sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super ijs à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs curia causarum Camera Apostolica generali auditori, & singulis locorum ordinarijs, ac majorem dignitatem pontificalem in universis Ecclesijs cathedralibus & Metropolitanis pro tempore obtinentibus per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum præfatas literas, & in eis contenta, quacunque ubi, & quando opus fuerit, quoties pro parte quorumcunque in præmissis inter-

esse habentium, ut præfertur, fuerint requisiti, sollemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis detentionis præfatio assistentes, faciant auctoritate nostra præfatas literas, & in eis contenta quacunque firmiter observari, ac singulos, quos litera ipsa concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos desuper quomodolibet indebitè molestari contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus, &c.

TESTAMENTUM.

Primò, testamentum factum coram paroco, & duobus testibus valet, nec obstat consuetudo, vel leges humanæ contra illum textum, ibi in c. cum esses, de testam.

Secundò, si fiat testamentum sine his solemnitatibus, non valet, non obstante aliqua consuetudine in contrarium, Gom. in c. 1. nu. 28. limit. 3. ver. mihi tamen.

Tertiò, Cov. dicit hoc valere interris Ecclesiæ solùm, in d. c. cum esses, nu. 4. & infra.

Quartò, legatum verum ad pias causas, valet factum coram duobus testibus, etiam sine præsentia parochi, ita in c. relatum, il. 1. de testam. & isti possunt esse etiam fœminæ, Cov. ibi. num. 5. Gom. q. 9. de instr. resig.

Quintò, si quis facit primò testamentum validum, & postea secundum invalidum, videtur recedere à primo, Gom. in c. 1. num. 125. & infra de const. lib. 6.

TESTES.

Primò, testes domestici, quando admittuntur pro, & contra, vide Ad. dit. in Cap. Tol. q. 4. ut in illis rebus, quæ sunt solitæ pertractari inter domesticos, ut quando aliter, quam per eos veritas haberi non potest, & qu. 4. etiam uxor in virum, & e contra, vide Azon. in sum. lib. 4. Codicis, rub. 21. nu. 8. Fel. in c. 1. de testibus. Alex. conf. 122. vol. 4. & conf. 5. col. 5. vol. 1.

Secundò, quando veritas aliter haberi non potest, & deficientibus aliis probationibus possunt compelli personæ, quæ de jure invitæ compelli non possunt ad testificandum, etiam clerici, Cap. Tol. q. 354. & ibi Addit Host. in sum. tit. de testi. cog. in prin. adde, quòd ubi alii testes juridici, & legales, qui de jure idonei essent, haberi non possent, tunc temporis admittuntur etiam scemina, etiam in criminalibus, etiam personæ, quæ aliàs non admitterentur. Jo. And. in Add. ad Spec. tit. de test. §. 1. ver. excipitur. Jas. in l. cunctos populos, nu. 49. ver. fallit, de sum. Trin. & fid. Cath. & sic bene dicunt Practicistæ, & Criminalistæ, quòd ea quæ sunt in profibulo, possunt probari per personas illius loci, & ea quæ sunt in nemore, & in villa, possunt probari per personas, quæ utrinque haberi possunt, ita Diaz pract. crim. can. c. 120. & Fol. in pract. crim. ca. de repulsa, nu. 27. facit, quod notat Gem. in c. 1. ver. nota glossa, de restit. lib. 6. & ibi gl. in ver. ad testimonium, ubi dicunt, quod testes inhabiles, aliàs licet non plenè probent, tamen indu-

cunt præsumptionem, & citant Inn. in c. cum dilecti, il. 1. de accusat.

Tertio, si testis primo deponit unum, & postea ex intervallo deponit contrarium, cui standum est? Respondetur, quod primo, vide Cap. Tol. q. 280. & ibi Add.

Quarto, testes vocati à iudice peccant, si non comparent contra justitiam, & contra charitatem; primo, quia non parent justitiæ: secundo, quia lædunt proximum, Sot. li. 5. qu. 7. art. 1. de just. & jure, & de rat. teg. sec. memb. 2. qu. 7. dub. 4. Navar. in capit. inter verba, num. 219.

Quinto, testes possunt examinari in Ecclesia, Dec. in c. de cetero, de immun. Eccl.

Sexto, de testibus causa fidei excommunicandis, vide Bul. Alex. V. quæ est 24. & Pii IV. quæ est 53. & Urb. IV. Bull. 2.

Septimo, testes si fuerint æquales, non est attendenda eorum dignitas, capitul. si testes, quarta q. 1. Gloss. in litt. C. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 7.

Octavo, semper quod non vergit in præjudicium tertii, admittitur unus testis, ut non de baptizato: ca. non, in super, de consecr. dist. 4. & in causis levibus. Nav. conf. 1. de test. ubi etiam ait in foro conscientie credi uni testi idoneo, & jurato, & de ætate ordinandum, & de impedimentis matrimoniorum, prout sup. in ver. ordo, in ver. dimissoria, in ver. matrimonium.

Nono, differentia in productione testium, receptione, & examinatione; nam si quis fuerit astrictus ad producen-

ducendum testes in tali termino, sufficit illos in dicto termino produxisse, licet in termino examinati non fuerint, Gem. in c. presentium, §. verò, notab. 2. de rescr. lib. 6.

Decimò, qua ætate debeant esse testes, quando volunt deponere pro probando titulo in præscriptione quadragenaria, vel centenaria, sive de visu, sive de auditu, quinquaginta quatuor annorum, ait Gem. ex multis, in c. 1. ver. sed querit Lopus, de præscr. lib. 6.

TRANSLATIO.

Translatio Monasterij Monialium, cui imminet scandalum, est faciendaa aliud monasterium ejusdem ordinis, nec redditus Monasterij translati sunt applicandi Seminario, sed uniendi Monasterio, in quod translatum fuit, licet aliunde non possit provideri dicto Seminario sac. Cong. decl. 106. in meis, & ita censeri debet de monasterio virorum translato, ubi per Bul. Pij V. non possunt commorari duodecim regulares.

THESAURUS.

Si invenitur thesaurus in solo publico, sive privato, per constitutionem Regni, est filci, sed per capitulum Regis Caroli II. quod incipit, Et quia non decet, est dimidium inventoris. hoc intellige, quando non invenitur data opera, sed casu, Affl. c. in const. dohana secreti, in 1. notab. & Azo. in sum. lib. 10. Cod. rub. 15. vide Sylv. in ver. inventum,

n. 9. Secundò, si in loco suo est inventoris, quia hoc est de jure naturali Tertio, si in loco alieno, & casu, dimidium inventoris, cum dominio soli, si scienter, tunc distingue, vel eo sciente, & consentiente, vel eo invito. Quarto, si magis, tunc est filci lata sententia. Nav. ca. 17. n. 172. & infra, & habebit negotium cum officio sanctæ Inquisitionis, cujus est judicare de magis, c. accus. §. sanè, de heret. l. 6.

TITULUS COLORATUS.

Titulus coloratus quomodo dicitur, vide Sylv. 3 p. q. 11. n. 34. Gom. q. 27. 26. 42. & 48. Cov. cap. 5. de trien. poss. tex. in c. cum ministris, de concess. præb. Addit. ad dec. Rot. 11. de præben. in novis.

TRIEMES.

Primò, Triremium Capellanos an possit visitare, corrigere, & cognoscere Episcopus loci, ubi sunt?

Respondetur ex Nav. consi. 4. de for. comp. quòd prius debet distingui, prout ibi. secundò, quod sic, prout de aliis viatoribus potest cognoscere.

Secundò, an prælati religionum, & sæcularium possint damnare suos regulares, vel sæculares ad triremes? Respondetur, quòd sic. Steph. Aufer. in repet. Clem. 1. de off. ord. regul. 3. fallent. 1. Nav. 2. nullum, 18. q. 2. ver. de reg. ad trirem. dam. n. 52. Clar. qu. septuagesima, ver. frequens est etiam, & Nav. consi. 1. de here.

Tertio, Ecclesiastici condemnati ad triremes, an possunt vapulare absque incur-

incurfione excommunicationis, vide *superius in ver. excomm. §. 19.*

VALOR.

Primò, valor beneficii expreffus in supplicatione, verificandus est deductis omnibus perpetuis impofitis fuper fructibus ejufdem beneficii, Caf. *fad. decis. 19. de prab. Fel: in c. ad aures, de col. 3. de refcrip. immo valorem parochialis non augent oblationes, anniverfaria, & mortuaria, immo nec capellania, cui parochus debet infervire, Nav. confi. 5. de verb. fign.*

Secundò, quando teneatur probare valorem expreffum in supplicatione, & Bullis provifus coram exequutore Apoftolico, an etiam parte non opponente, vide *superius in ver. exequutor, §. 2.*

Tertid, circa valorem exprimendum, vide *Jo. de Selua. tract. benef. 3. p. q. 12. à n. 4. & infra. Gom: in reg. de exprim. val. q. 1. & 8. Cov: lib. 3. c. 13. n. 1. var. Gom: loc. cit. q. 11. & de expectat. n. 104. Staph: in no. for. n. 44.*

Quartò, quando expreffionis error noceat, vide *Sylv. loc. cit. n. 3. ver. iterum circa. nam dat regulam, & fi dicitur personaliter in fecunda, vel tertia persona, ut afferis, vel ut afferit, tunc nocet falfitas valoris; fecus fi imperfonaliter, ut afferitur, vide ibi.*

Quintò, debet exprimi, & probari de tempore provifionis, & non de antiquo tempore. *Caputaq. decis. 330. par. 3.*

Sextò, quando beneficium non ex-
fran. Episc. Pars II.

dit summam ducatorum viginti quatuor de Camera, quod facit circiter triginta, feu quadraginta de Regno Neapolitano, non est neceffaria valoris expreffio, nec fi effent plura impetranda beneficia, quæ fimul juncta faciant valorem quadraginta, tamen nullum illorum excedit decem, est neceffaria expreffio. *Gom. loc. cit. Nav. confi. 10. de refcrip. vide Bul. 16. Leo V. Cap. Tolof. queft. 435.*

Septimò, in omnibus beneficiis fufficit exprimere valorem viginti quatuor ducatorum, *Reb. in regul. de uno. gl. 7. etiam fi fit valor centum, modò illum excedat, & in tertia parte figna. in clau. de augendo, num. 7. & Gom. in q. tertia. de exprim. valo. benefico. quia quando exprimitur plusquam viginti quatuor folvitur annata: fecus verò non: & fi erraret aliquantulum in valoris expreffione, non ideoubreptitia cenferi deberet impetratio, cum de jure communi non fit neceffarius valor beneficii, nifi per regulam Cancellariæ. Anchar. confil. 295. n. 13. Clem. 1. de prab. Covar. lib. 1. cap. 20. n. 7. verf. 2. var. refol.*

VENATIO.

Venatio prohibita est clericis, quatenus facris Canonibus contradicit, *tit. de cler. venat. Clem. 1. §. porò de stat. mona. sed potest clericus uti venatione, vel caufa neceffitatis, recreationis, valetudinis, ut pifcari, & venari, modò ne fiat, ut tranfeat in confuetudinem, vel cum scandalo, d. c. r.*

X

Nav.

Nav: in c. *statuimus*, not ab. 9, n. 2619, q. 3, Syl, in ver. *venatio*, Cov. in reg. *peccatum*, 2, p. 8. 8. *concl. 1.* quænam sit poena presbytero, subdiacono, & diacono venatori, vide in cap. *Episcopum*, 24, dist. de clericis, in minoribus est arbitraria, Diaz, *pract. crim. cano.* c. 61.

VICARIUS.

Primò, Vicario delegato super aliqua causa, non potest eam causam expedire Episcopus, cujus ille est Vicarius generalis etiam ipso Vicario amoto ab officio, per ipsummet Episcopum, nec contra Vicarius Generalis, hoc tamen intellige, nisi Episcopus ei dictam causam subdelegasset, & è contra. Card. *quæst. 9, super Clem. 2, de rescr.* Rebuff: *de for. Vic. num. 159*, & ibi Nav. *conf. 5, de off. deleg.*

Secundò, Vicarius foraneus, vel Archypresbyter, potest inhibere, seu prohibere ex causa rationabili, ne aliquis confessarius approbatus ab Ordinario, audiat confessiones, etiam virtute Jubilæi, & quando esset scandalosus, vel adeò ignorans, ut absolveret indifferenter, & imprudenter omnes laicos habentis, Navar: *conf. 39, de sen. excom.*

Tertiò, Vicarius Archiepiscopi, an residente Archiepiscopo in civitate, vel diocesi, vel provincia, succedente aliqua causa appellationis ab aliquo suffraganeo ad ipsum Metropolitanum possit inhibere Episcopo, à quo fuit appellatum sub pœnis, & censuris, vide c. 2, de off. deleg. lib. 6, & ibi gl. in ult. & cap. 1, §. *officiales de off. ord. eo. lib. 6.* & ibi gl.

in ver. *non attentent.* ubi habetur, quòd non, & si hoc faceret, teneret quidem sententia, sed ipse Vicarius veniret puniendus, prout patet *duabus gl. cit. Gem. ibi in gl. in fine*, Staph. fol. 291, not ab. 4. Rebuff. in *form. Vic. Archiep. numer. 164.* & citat Bertraft. *tractat. de Episc. in 7. p. lib. 4. questione decima*, vide capitulum sanè, de offic. deleg. qui in hac materia multùm practicitur circa delegatum à Sede Apost. Jo. de Selua 3, p. qu. 4, num. 4.

Quartò, Vicarius generalis non potest dare literas commendatitias, & dimissorias ad ordines, sine speciali potestate, *ca. nullus, §. Episcopo, de temp. ord. lib. 6.* Reb. *loc. cit. num. 48.* & quando habet hanc specialem potestatem, debet de ea mentionem facere in dictis literis, prout à simili observatur, & observari debet ab ipso Vicario ad id potestatem habente, per *ca. fin. de off. Vic. lib. 6.* in collatione beneficiorum.

Quintò, si Vicarium tenuerit Episcopus in aliqua parte suæ diocesis, communitas illa potest minimè intentare contra Episcopum, Caputaq. *decif. 306, 1, par.*

Sextò, an Vicarius Episcopi, absque speciali mandato, possit ratificare ordinationem ab alio factam clerico sibi subiecto, absque ejus dimissoriis, & quando, vide Franc. in *capit. cum nullus, in 4, not ab. de temp. ord. lib. 6.* Caputaq. *dec. 126, num. 41, 1, p.* & an possit fieri in præjudicium tertii, ibi *num. 6.* similiter pro notitia istorum dubitatur, quid agendum est Ordinario, cum sciverit
suum

suum clericum malè promotum? Respondetur, quòd absolvendo prius eum à suspensione, & censuris ecclesiasticis, si quas incurrerit, vel dispensando cum eo, si quam contraxerit irregularitatem, debet & potest ratificare ordinationem factam ab alio, *cap. Salonitana, cum gl. in ver. at si tua, dist. 63.* & sic poterit etiam Vicarius, prout dictum est, & licet Rebuff. *in formula dimiss. lit. nu. 12.* & *infra.* teneat oppositum, & recurrendum esse ad Papam, tamen dictum ejus valet, quando contraxisset ille irregularitatem publicam, secus verò quando esset occulta, per decret. Sac. Conc. *sess. 24. cap. liceat.*

Septimo, vicarius perpetuus non potest constitui absque erectione tituli Vicariæ, ita Sac. Cong. *declar. 3. in meis, & declar. 226.* censuit in hæc verba: *Ordinarius tam auctoritate Concilii Trid. quam Bul. Sanctissimi Domini nostri (intellige Pii IV.) de Vicariis perpetuis habet facultatem creandi Vicarios perpetuos in parochialibus Ecclesiis, unitis, seu annexis collegiata Ecclesia, quinque Vicarii perpetui vel temporanei futuri sint, debet ab eodem Ordinario examinari, & approbari, & vide Conc. Trid. *sess. 7. de res. & sess. 22. c. 1. §. eadem omnino, de res. vide Sot. lib. 10, q. 3, art. 4. facie 4. Conc. Lateran. Canon. 32.**

Octavo, an possit constitui Vicarius temporaneus in dictis Ecclesiis? Respondetur, quòd sic, Sac. Concil. *locis citatis, & Sac. Cong. loc. cit.*

Novò, an Vicarius perpetuus sit revocabilis, Reb. *de Vicar. perpet. num. 15.* dicit, quòd non, idem Gem. *in ca. cum*

ex eo, ver: querit hic Lopus, de elect. lib. 6. intellige sine causa, sed Vicarius temporaneus potest revocari pro libito, etiam datus pro septennio studii, Gem. *ibi ver: sed an iste Vicarius.*

Decimò, Vicariis perpetuis assignandis parochialibus locis piis unitis, non potest plusquam centum, nec minus quinquaginta scutorum annuorum portio assignari computatis omnibus, incertis emolumentis, & aliis obventionibus in commune recipi solitis, Vicariis verò temporariis potest plus assignari, Pius V. *Bul. 46, qua incipit, Ad exequendum.*

Decimoprimum, Vicarius Episcopi confirmatus à Papa, an possit Episcopum revocari, vide & distingue cum Rebuff. *de form. Vicar. num. 194, & infra.*

Decimosecundò, istum vicarium temporaneum positum in Ecclesia pro aliqua causa rectoris legitima, debet ponere Episcopus, non ipse Rector, ita Gem. *in capitu. cum ex eo, §. porro, notab: 1, de electio. lib. 6, & ver: quaro an inferiores, hoc tenet in vicariis perpetuis, vel ad longum tempus, sed pro modico, puta tribus vel quatuor septennariis, potest rector, quia parum pro nihilo reputatur, intellige modò sit sufficiens, & approbatus ab Ordinario.*

VIDUA.

Vidua an possit fieri monialis & consecrari, seu benedici? Respondetur, quòd potest fieri monialis & benedi-

nedici, velum professionis suscipere, & solemniter & expressè vovere castitatem, sed non consecrari ut virgo, Nav. *confi. sin. de reg. vide superius, in ver. moniales, §. 20.* licet remissivè, tamen adde Abb: *in cap. tua, num: 3, de consecr. Eccl. vel. Alt.* ita etiam potest intelligi de qualibet muliere corrupta, & non virgine, tamen sub nomine virginitatis potest uti nomine castitatis, vide Sylv. *in ver. consecratio.*

VIGILIA.

Primò, Vigilia Pentecostes est jejunanda, & ita se habet generalis Ecclesie consuetudo, ita tenet Nav. *confi. 1, de obser. jejun. sed gl. in ca. scire, §. necessario, 76, dist. dicit, non necesse, sed de facto jejunamus, tene certum: secundò, quando incipit currere, & obligare, vide in ver. dies: tertio, quare fuerunt inventæ, & an debeant hodie observari de nocte, sicut in primitiva Ecclesia, vide notations ad Martyrologium Romanum Illustrissimi Cæsaris Cardinalis Baronii, in Vigilia Epiphaniae, & Concilium Provinciale Beneventanum celebratum sub Illustrissimo Jacobo Cardinali Sabello, *tir. de jejun. c. 3.* & ibi assignatur ratio cur cessaverunt.*

Secundò, quæritur an Prælati possint indicere, seu injungere, seu præcipere subditis jejunia, & alia opera penitentialium? Respondetur, quòd sic, pro aliqua causa legitima, ita Gem: *in ca. ubi periculum, §. sin. nota. 3, per illum tex. de elect. lib: 6.*

VIRGINITAS.

Primò, virginitas probatur per obstetrices, licet pars adversa conetur probare contrarium, Caputaqu. *dec. 212 par. 2.*

Secundò, stuprum interpellantibus, vel pueris pœnas, vide Paul. IV. *Bul: qua incipit, Ex ordine.*

Tertio, Virgo monialis, quæ non est, non potest benedici, seu consecrari, si est publicum, sed si occultè, potest uti verbo castitatis loco virginitatis, & ad evitandum scandalum, etiam verbo virginitatis potest uti publicè, licet mente castitatem, non virginitatem percipiat Episcopus consecrator, Navari: *confi: 2, de stat. monacho. vide superius in ver. consecratio, & in ver. moniales. Card: in Clem. attendentes, §. statuimus, quest: 10, de stat. mon. Calder: confi: 3, de offi. Vic: in fine, Selua 4, p. qu: 70 num: 7, Gom: de brev: n: 52.*

VISITATIO.

Primò, pœna opposita visitatoribus accipientibus aliquid ultra procuracionem à visitatis per Sac. Conc. Trid: *sess: 24, capit. 3, §. quid si quisquam, an habeat locum, ita ad amuffim, ut teneatur quis ad duplum?*

Respondetur, quòd sufficit restituere simplum, etiam postquam incurrit, ita Nav. *confi. 2, de cens. imò, si distulerit, ante mensem non incurrit.*

Secundò, quando appellatur à decretis visitationis, non debet admitti appel-

appellatio, nisi exprimat, & assignetur causa, ita Navar. *conf. 1. de appellatibus.*

Tertio, an ab actis ab Episcopo in visitatione factis tanquam sedis Apostolicæ delegato sit appellandum ad Metropolitanum? Respondetur, videri appellandum fore ad delegantem, per regulam communem, quod à sententia delegati ad delegantem debet appellari, *ca. super quæstionum, §. porro, de offi. deleg. si. delegatus, cap. is cui, capitulo, si à delegato, de offi. deleg. lib. 6. l. 1. in prin. & §. 1. leg. 3. ff. quis, & à quo appell.* tamen oppositum est verius, & ita censuit Sac. Cong. *decl. 484, in meis, in hæc verba: Si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, prout Sac. Conc. Trid. sess. 24, c. 10, de refor. debet appellari ad Metropolitanum quoad devolutivam, non quoad suspensivam, prout sess. 22, c. 1. de refor. ratio est, quia quæ in visitatione suffraganeus facit, jure ordinario facit, & patet ratione, quia legatus ordinarius auctoritate Apostolica, licet sit effectus legatus, ea tamen, quæ facit, ut legatus auctoritate ordinaria facit, quia est ordinarius c. 2, de off. ord. Host: in *Sum. rit. de off. ord. §. sunt autem quadam, ubi dicit, quod quando committitur Episcopo, id quod pertinebat ad ipsum jure ordinario, id fit, ut magis timeatur, c. quis nesciat, 15, dist. hoc tetigimus superius in ver. delegatus, §. 9. & quod nunc dicitur per doctrinam Sac. Conc. Trid. etiam erat de jure antiquo, ante Concilium, quo etsi in visitatione da-**

batur appellatio quoad devolutionem, ita Sac. Cong. *in alia decl. 447, in meis, quia si Concilium dicit, tanquam Sedis Apostolicæ delegat. hoc facit ut majori auctoritate fiat correctio & magis timeatur, & majus robur habeant, quæ in visitatione peraguntur.*

Quarto quæritur, si quis appellaverit à decretis visitationis, an teneatur visitator dare copiam actorum partibus ad requisitionem Metropolitanum? Respondetur ex Sac. Cong. *decl. 447, in meis, quod ad dandam copiam actorum attinet, servanda esse decreta Sac. Conc. Trid. sess. 13, c. 3, & sessio. 24, capitulo 20. sed quæret quibus expensis?* Respondetur, quod *in c. 3. & sess. 13. ita decernitur, is autem, à quo appellatum fuerit, id intra triginta dies acta ipsa postulanti, gratis exhibeat, alioquin absque illis causa appellationis hujusmodi, prout justitia suaserit, terminetur: ubi videtur gratis danda esse, tamen in c. 20, sess. 24. habetur decretum, his verbis, Teneatur (intellige appellans) acta omnia coram Episcopo gesta ad judicem appellationis expensis suis transferre, ubi habetur, quod expensis appellantis debent acta in visitatione facta transmitti ad judicem ad quem, & ita ultra prædicta servatur in praxi.*

Quinto, an detur appellatio à decretis factis in visitatione? Respondetur à Sac. Con. *dec. 332. in hæc verba, Ea que ad visitationem, ac morum correctionem subditorum spectant, non possunt per appellationem impediri, aut suspendi, idem*

Conc. Trident. sess. 24, capitulo decimo, de refor. etiam si appelletur ad Sedem Apostolicam, & Bul. Pii IV. qua est 17. & incipit, De salute gregis.

Sextò, an libris visitationum detur plena fides? Respondetur, quòd sic, ubi adest consuetudo probata, & extenditur ad alium locum, Caputaq: dec: 229, 1, p. & meliùs decif: 159, par. 2.

Septimò, an aliqui sint exempti ab ipsa visitatione? Respondetur, quòd illi, qui habent præscriptionem immemorabilem, quam tenentur probare, aliàs non præsumitur, Caputaq: dec: 351, p. 2.

Octavò, an Episcopus teneatur visitare personaliter per seipsum omnes parochias, Respondetur, quòd si non est tanta necessitas, potest per aliquam discretam personam illas visitare, c. decernimus, 10, q. 1, Inn. in c. Romana, n. 2, de cens.

Nondò, an Episcopus possit, vel teneatur præfigere terminum visitationis, vel ei Episcopo præfigi terminus in visitatione? Respondetur à Sac. Cong. dec: 445, in meis pro parte Decani, & capituli Gadicensis, in hæc verba, Cong: Conc: censuit, nullum certum tempus fuisse præfixum à Concilio, sed id relictum arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum, & discretum.

Decimò, an Episcopus teneatur portare Notarium, vel cum juramento procedere? Respondetur ab ead. Sac. Cong. eodem loco, ad instantiam ejusdem, in hæc verba, Congregatio Concilii censuit, servandum esse decre-

tum Sac. Concil. sess: 24, c. 3, de refor. tamen facilitatis causa dicitur, quòd potest Episcopus in visitatione uti quavis persona, prout de jure communi potest uti in actibus judicialibus prout in c. quoniam contra, de prob: & eadem Sac. Cong. declar: 462, in meis pro Reverendissimo Episcopo Astoniense censuit, Episcopum non posse arctari in visitatione, ut deferat notarium capituli, cum potestas visitationis ad eò sibi Episcopo est concessa, ut nihil sibi in ea vindicare capitulum possit, & ideo posse Episcopum secum ferre, vel secretarium suum, vel alium notarium, prout sibi videbitur necessariò convenire.

Decimoprimum, an Episcopus habeat jus visitandi sacellum, vel altare, quod caret cura animarum, & membrum sit religionis S. Antonii? Respondetur à Sac. Cong. decl. 130, in meis in hæc verba? Episcopus non habet jus visitandi sacellum, quod cura caret animarum, & membrum sit religionis S. Ant. Vienneensis, & idem de capellis Hierosolymitanorum, superius, §. 3, dub. 1, & sic censerit debeat de omnibus exemptis, ubi non adest cura animarum, nisi consueverit etiam Episcopus visitare, & præscripserit in notoriam negligentiam possidentium, ut quia minaretur ruinam, non observaretur cultus divinus, cum Episcopus sit ordinator omnium Ecclesiarum suæ dicecelsis, cap. 1, de off. ord. cum vulgatis.

Deci-

Decimosecundò, an Episcopus possit procedere, & corrigere omnia delicta in visitatione? Respondetur à Sac. Cong. declarat. 469. in meis, in hæc verba, *Secundum dubium est, quod capitulum inquit quoddam Episcopus visitando, non possit solus aliquod crimen corrigere, & punire, sed solum monere, & corripere, alioquin per viam visitationis procedendo puniret solus omnia delicta, cum tamen debeat duos capitulares assumere, juxta dict. cap. statuit, ad hoc respondet Episcopus, non inde hoc sequi, cum sit notissima materia visitationis, cum ea quæ pertinent ad mores recipiat, non enim de homicidio, vel alio crimine simili proceditur per viam visitationis, sed de re, mores & consuetudinem vivendi respiciente, ut de concubinato, de non recitantibus horas, de habitu inhonesto, & similibus. Item etsi omnia delicta venirent in visitatione, nullum sequeretur inconveniens, quia fructus visitationis imponitur, cum fructus ejus sit potius emendatio, quam punitio, ut notatur in capit. de inquisitionibus de accusat. & decretum Concilii corrigere, & emendare Episcopo visitanti permittit, quo verbo nihil est, quod non comprehendatur, ut in ca. irrefragabili, §. excessus canon. de off. ord. ideo nihil Episcopus visitando assumere videtur, etiam de omnibus criminibus cognoscendo, quod à Concilio ei non concedatur, ideo si non ad ordinariam, sed ad eam pœnam, quæ magis emendationem eorum respiciat, procedat, id efficere potest, quod si ad pœnam ordinariam sit procedendum,*

debet duos ex capitularibus assumere.

A. Congregatio Concilii censuit Episcopum posse,

B. Congregatio censuit posse.

Facit c. 1. de off. ord. Host. in sum. de off. ord. §. sunt autem quedam. Inn. in c. Theodosius, num. 1. de sequentibus, de stat. monach.

Decimotertiò, An Episcopus possit visitare personas sæculares, exercentes curam animarum in monasterio, in quo residet Generalis alicujus Religionis, Sac. Con. dec. 342. in meis, censuit in hæc verba, *In monasterio, in quo generalis alicujus Religionis regularium sedem ordinariam principalem habeat, licet personæ sæculares sint in eodem monasterio curam animarum exercentes, quantum ad ipsam curam, & sacramentorum administrationem spectat, nulli visitationi, seu jurisdic. Episc. ord. diœcesis, in qua ipsum Monasterium situm est, subiecta sunt. facit c. 11. sess. 25. de res. regul.*

Decimoquartò, an ordinarius habeat facultatem visitandi quæcunque hospitalia & confraternitates? Respondetur ab eadem Sac. Cong. decl. 288. in meis. in hæc verba: *Ordinarius non habet auctoritatem visitandi hospitalia, neque confraternitates, quæ à laicis reguntur, nisi in casibus à jure communi permisis. licet tamen Ordinario ab eis rationem administrationis exigere, nulla habita ratione juris communis, sed servata tantum dispositione, d. ca. 8. faciunt ea quæ dicta sunt superius in ver. hospitale, §. 3.*

VO-

VOTUM.

Primò, qui dubitat se emisisse votum, an teneatur illud adimplere? Respondetur quòd tutiorem partem debet amplecti, nempe non emisisse, quia potior est conditio libertatis, Navar: *conf: 26, de vot: potest hoc comprobari à simili: nam in obscuris legatis piis, quod minimum est, comprehendere debet, ut si quis legaret singulis annis mensuram olei alicui Ecclesie, de minima mensura debet intelligi, nisi aliter se habeat consuetudo, Cov. cum aliis in ca: indicante, num: 4, de testam: Dyn. in ca: in obscuris, num: 4, de reg: jur: lib: 6.*

Secundò, si filius erit negligens in exequendo votum emissum à patre, poterit privari hæreditate, & etiam legitima, *ca. licet, de voto, & ibi Doct. Cov. in ca. si hæredes, num: 9, juxta medium, de testam.*

UNIO.

Primò, quomodo unio probatur? Respondetur, quòd etiam per testes, & per instrumenta, & ex præscriptione immemorabili. Aymon. *tract: de antiquitate, num: 74, Caputaq. decis: 344, & decis: 347, Rot: decis: 200, & 375, in antiquis, Fel: in capit. si diligenter, col: 10, ver: 9, de præscript.*

Secundò, an unio facta per Ordinarium, cum onere legendi sacram Scripturam, sit simoniaca? Respondetur, quòd non. Caputa. *decis: 348, p. 3, ca. sig-*

nificasti, de ele. c. significatum, de præb. vide superius, in ver: simonia, §. 13.

Tertiò, an legatus à latere possit unire beneficia juris patronatus, sine consensu patronorum, & non vocato Ordinario? Respondetur negativè, Caputaq. *decis: 450, p. 3, quia non potest unire beneficium in præjudicium Ordinarii, Aegid. decis: 513.*

Quartò, unio Monasteriorum monialium quomodo sit facienda? Respondetur ex Sac. Congreg. *declar. 191, in meis, in hæc verba: Unio Monasteriorum monialium est facienda, cum subest aliqua causa legitima, accedente ad id auctoritate Papæ.*

Quintò, utrum etiam beneficia vacantia, etiam affecta, possint uniri Seminario, ita Sac. Congre. *declar. 424, & Sac. Conc. Trid. sess: 23, ca. si juxta medium, decrevit, quòd etiam antequam vacent, etiam si vacant in Curia.*

Sextò, quæ sit causa potissima, qua Sac. Con. & summi Pontifices, & locorum Ordinarii impelli debent ad unienda beneficia aliquibus capitulis, parochialibus, hospitalibus, seminariis, vide Bul. Pii V. *quæ est 46, & incipit, Ad exequendum.*

Septimò, an Capitulum possit unire, vel præstare auctoritatem unioni, Sede vacante? Respondetur, quòd sic, *c. unico de major. & obed. lib. 6, dummodo per eam unionem nihil juri Episcopali detrahatur, & si dices, detrahatur juri Episcopali, quia per illam unionem privarentur Episcopi jure conferendi? Respondetur, quòd hoc non*

non obstat, quia si hoc obstaret, neque valeret unio facta ab Episcopo de beneficiis affectis Papæ, cum Papa etiam veniret privatus jure conferendi, sed tunc intelligitur detrahi juri Episcopali, quando jus, quod Episcopus habebat super illo beneficio, amitteretur, & sic solet superponi in Bullis, salvis semper in omnibus & singulis juribus Episcopalibus, alias unio nunquam fieri possit, ita Reb. in reg. de union. Gl. 11. n. 1. & 2. in tit. de devol. num. 100. ait Capitulum posse unire Sede vacante beneficia in his casibus, in quibus potest Episcopus, & citat Imolam, & Card. in Clem. 1. de stat. mona. & Petrum de Perusio tract. de unio. Eccle. c. 4. immo Capitulum potest dissolvere uniones factas, sed cum causa, idem loc. cit. num. 19. sicut potest Episcopus revocare uniones factas à Legato, & etiam à Papa, etiam à se ipso olim factas, idem num. 16. & infra.

Octavo, an Episcopus possit unire beneficia devoluta, & reservata sedi Apostolicæ? Affirmativè respondet Nav. conf. 12. de reb. Eccles. non alien. & conf. 10. de offic. delegat. per sac. Conc. Trident. sess. 21. c. 5. & sess. 24. c. 13. de ref. ubi ait, etiam si dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercunque affecta, & Gom. tract. de mand. provid. num. 117. licet Gom. c. si tibi absenti, num. 16. de prob. lib. 8. dicat non posse fieri unionem ab Ordinario de beneficio devoluto ad Papam ob sui negligentiam, tamen potest intelligi de negligentia ipsiusmet Ordinarij, non con-

Prax. Episc. Pars II.

ferentis illud, & postea vellet illud unire, quia hoc non potest in poenam negligentiam suam, ob quod fuit positus titulus de supplenda negligentia prælatorum: secus verò quando inveniret illa jam devoluta, vel propter prædecessoris negligentiam, ignorantiam, vel absentiam, vel ob diutinam Episcopi vacationem, ad hoc, ut jura, & doctorum tot doctrinæ habeant veritatem, Selua 3. p. 9. 11. qualit. 14: Rebuff. de devol. n. 31.

Nono, an Episcopus possit unire beneficia absque consensu Capituli? Respondetur, quod sic. Nav. conf. 10. de off. jud. deleg. quando hoc facit tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, sed Apost. ibi in d. conf. dicit sac. Congreg. censuisse contrarium, tamen sac. Cong. in d. sess. 21. c. 5. de refor. nullam mentionem facit de contentu Capituli, sed fortassis Concilium loquitur de unionibus faciendis ad Ecclesias curatas, propter eorum paupertates, sacra verò Congregatio loquitur de alijs unionibus.

Decimo, an Episcopus possit unire beneficia etiam post devolutionem? Et videtur quod non, quia si non potest conferre, non potest unire, tamen contrarium est veriùs, nempe quod possit, ita Reb. de devol. n. 31. ratio est, quia aliud est conferre, & aliud unire, Pan. in d. c. sicut unire, de excess. prælat. & unio est quodam modo magis favorabilis, quàm collatio, imò, ut superius dictum est, etiam reservata ad collationem Papæ, Nav. d. conf. 12. de reb. Eccles. non alien.

Y

De-

Decimoprimum, unio potest fieri in perpetuum, & ad tempus, & ad hoc debet exprimi in unione, *Reb. de unio. n. 8. & 9.* idque potest Episc. *ibidem, numero 22.*

Decimosecundum, causæ unionis præter relatas à Pio V. *Bulla citata*, sunt duæ potissimæ, necessitatis, & utilitatis: necessitatis, propter pauperatam introituum ad sustentandum ministros Ecclesiæ, & tunc fit unio, similiter & de utilitate, *Reb. de union. à n. 38. & infra.*

Decimotertium, an uniri possit parochialis beneficio simplici, præbendæ, canonicatui cathedralis Ecclesiæ, Capellanix, Monasterio Monialium, vide prout *sup. in ver. parochia*, §. 8.

Decimoquartum, beneficium unitum non potest permutari, *Gom. q. 15. de infir. res.* ratio est, quia sic posset deludi unio, si per continuas permutationes, seu resignationes posset transferri de uno in alterum.

Decimoquintum, unire qui possunt? Responderetur, quod Episcopi, & ejus superiores, non autem inferiores Episcopi, ut Abbates, Priores, Præpositi, Commendatarij, ita *in d. c. sicut unire, gl. in Clem. si. de reb. Eccl. non alien. in ver. Episcopum, gl. & tex. in ver. ordinarios, Clem. ne in agro, §. adhuc, de stat. mon. in ver. ordinarij, in ver. præscripserint, Abb. ibi, & Reb. de unione, num. 32.*

Decimosexto, an beneficia reservata Papæ, etiam vacantia in Curia possit Episcopus unire, *Aneas de reserv. p. 4. pri. effect. §. juxta finem; & effect. 23. n. 2.* videtur dicere quod non, nisi solum ea, quæ reservata sunt reservatione ge-

nerali, tamen ibi videtur aliquantulum dubitare, & nos diximus *superius*, quod vacationes in Curia veniunt appellatione reservationis generalis, & sic ego practicavi in unione, quam feci de quibusdam beneficiis, licet exiguis, quæ inveni vacasse in Curia, quamvis ante meam promotionem ad Episcopatum minorensis, quæ univi capitulo pauperum, & ea potuerim conferri cuiusvis voluissim, quoniam sic impetravit à sanctissimo Domino Nostro Clemente VIII. Illustrissimus Cardinalis Cyntius Dominus meus hoc anno 1597.

Decimoseptimum, quid si Episcopus univit beneficium, & postea, vel ipsemet, vel Papa confert illud, an per hoc cassetur unio? Responderetur primum, quod Episcopus male faceret conferendo, & valet collatio, etiam si fieret à Papa, sed non quoad proprietatem, quia solum suspenditur pro illo tempore unionis effectus, *Staph. f. 54. n. 7. & citat Rot.*

USURA.

PRIMUM, §. 6. si quis fecit contractum in fraudem usurarum in contractu mutui, vel palliati, tunc iudex ecclesiasticus primum debet judicare, quod factus est in fraudem usurarum, & postea iudex secularis poterit procedere ad publicationem bonorum, vel aliam poenam, ut bene sentit Io. de Anania *inconsult. de usur. Afflict. usurariorum, notab. 8. n. 9. in sine*, quod nota pro practica, quia hodie iudices seculares in Regno prætendunt cognoscere omnia de

de crimine usurarum, & malè, contra idque dicit Dominus noster, *Qua sunt Caesaris, Caesari, & qua sunt Dei, Deo, Cov. de spons. 2. p. §: ult. n. 4. & §.*

Secundò, potest quis dare alicui mille inter vivos, ut donatarius eidem, dum vixerit centum quotannis solvat, & hic contractus non est usurarius, nec contra bullas, Nav. *conf: 1. de donat.*

Hoc post acceptam Ecclesiæ Mino- rensis curam, per annum non integrum

insudavi, etsi sacrarum concionum, ac lectionum, & aliarum Episcopali- um functionum laboribus assidue non me- diocriter occupatus, sint omnia, & sin- gula, ad Dei & Beatæ Virginis glori- am, Sanctorum Thomæ martyris Ar- chiepiscopi Cantuariensis, & Athana- sii Alexandrini præsentis anni tutelari- um meorum honorem, & sub censura sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.

INDULGENTIÆ PRO CONFRATRIBUS SOCIE- tatum Doctrinæ Christianæ.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XII. per literas suas, sub datum Tusculi Anno Domini M. D. LXXVI. Ka- lend. Iunij, Anno quinto, concessit omni- bus, & singulis utriusque sexus Christi- fidelibus, qui in dictam Confraternitatem Doctrinæ Christianæ, ex nunc deinceps in- traverint, in eorum ingressu huiusmodi, quotiescunque peccata sua confessi fuerint, & sacram Communionem receperint, de- cem annos, & totidem quadragenas, de in- junctis eis penitentis.

Item concessit dictis confratribus utri- usque sexus, si confessi fuerint, & recepe- rint sacram Communionem, decem annos, & totidem quadragenas bis in anno.

Item concessit dictis Confratribus descrip- tis, & describendis, centum annos Indul- gentiæ, quotiescunque in huiusmodi san- cto exercitio se occupaverint.

Item dictis Confratribus, quotiescunque se in unum congregaverint, & de rebus ad

promotionem, & felicem successum insti- tutionis puerorum in Doctrina pertractave- rint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in Domi- no misericorditer relaxavit.

Item dictis Confratribus qui singulis annis, semel juxta determinationem, & providam ordinationem suorum Superio- rum verè penitentes, & confessi, sacram Communionem receperint, necnon eisdem similiter contritis, & penitentibus pro tempore decedentibus in cujuslibet eorum mortis articulo, plenariam omnium pecca- torum suorum Indulgentiam, & remissio- nem, misericorditer in Domino concessit, & largitus est, dictis literis perpetuis fu- turis temporibus duraturis.

Adest Bul. Pij V. quæ est 156. in or- dine, quæ incipit, *Ex debito pastoralis,* & alia Gregorij XIII. quæ est 2. in ordi- ne, & incipit, *Illius,*

D E C R E T A

Sanctiff. in Christo Patris ac D.N.D. Innocentii Papæ XI. in
Congregatione Generali sanctæ Romanæ & Vniuersalis
Inquisitionis habita

FERIA 5. DIE 2. MARTII, 1679.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis
Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Vaticano coram
Sanctissimo D. N. D. Innocentio Divinâ Providentiâ Pa-
pa XI. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis
S.R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra
hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à San-
cta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. Innocentius
Papa XI. prædictus ovium sibi
à Deo creditarum salutis sedu-
lò incumbens, & salubre opus
in segregandis noxiis doctrinarum pa-
scuis ab innoxiiis, à fel. record. Alexan-
dro VII. Prædecessore suo inchoatum,
prosequi volens, plurimas proposi-
tiones partim ex diversis, vel libris, vel
thesibus, seu scriptis excerptas, & par-
tim noviter adinventas Theologorum
plurium examini, & deinde Eminen-
tissimis, & Reverendissimis Dominis
Cardinalibus contra hæreticam pravi-
tatem Generalibus Inquisitoribus sub-
jecit. Quibus propositionibus sedulo,

& accuratè sæpius discussis eorumdem
Eminentissimorum Cardinalium, &
Theologorum votis per Sanctitatem
suam auditis. Idem Sanctissimus D.
N. re postea maturè consideratâ, sta-
tuit, & decrevit pro nunc sequentes
propositiones, & unamquamque ipsa-
rum, sicut jacent, ut minimum tam-
quam scandalosas, & in praxi pernicio-
sas, esse damnandas, & prohibendas;
sicuti eas damnat, & prohibet. Non
intendens tamen Sanctitas sua per hoc
Decretum alias propositiones in ipso
non expressas, & Sanctitati suæ quomo-
dolibet, & ex quacumque parte exhi-
bitas, vel exhibendas ullatenus ap-
probare.

1. Non

1. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id veter lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2. Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.

3. Generatim dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens ductus opinione minus probabili.

5. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita elicere, condemnare non audemus.

6. Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

7. Tunc solùm obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.

8. Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modò non ob sit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus trui.

9. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12. Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem, ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.

15. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas.

16. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.

17. Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

18. Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum confuso, tacere; ut peccaminosum per se non damno.

19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solùm probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit.

24. Vocare Deum in testem mendacii levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, si res sit levis, si gravis.

26. Si quis, vel solus, vel coram aliis; si interrogatus, si propria sponte, si ve recreationis causa, si ve quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.

27. Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratū, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentū, quod de mandato Regis à similibus so-

ler exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fatere crimen occultum.

29. Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31. Regulariter occidere possum suam pro conservatione unius auri.

32. Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus: sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33. Licitum est tam hæredi, quam legatario contra injustè impediens, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere: sicut & jus habenti in Cathedrali, vel Præbendam contra eorum possessionem injustè impediens.

34. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eandem habere, cum paritur; ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37. Famuli, & famulæ domesticæ possunt

possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

38. Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40. Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis præviè inito, cum intentione lucri.

41. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuuario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur, tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tamquam ex justitia debitum.

43. Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere?

44. Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45. Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat

tamquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46. Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimeretur, quàm res spiritualis.

47. Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium vel primò videtur per hoc digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.

48. Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.

49. Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & multoties eidem subservit de-

feren-

ferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52. Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53. Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.

54. Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenerur, quia major pars trahit ad se minorem.

55. Præcepto Communionis annuæ satisficit per sacrilegam Domini manducationem,

56. Frequens confessio, & communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57. Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modò, honestam.

58. Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59. Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatæ, aut Indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio; dummodò

ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi veretur, quam potest, & non vult omittere, quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei te ingerit.

62. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63. Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spiritali, vel temporali nostro, vel proximi.

64. Absolutionis capax est homo quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

65. Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

Quicumque autem cujusvis conditionis, status, & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divisim defenderit, vel ediderit, vel de eis disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipso factò incidat in excommunicationem latæ sententiæ, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christianis, cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialit-

cialissima nota dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad proxima deducant.

Tandem, ut ab injurijs contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alii quicumque imposterum se abstineant, & ut paci, & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute Sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris impri-

mendis, ac manuscriptis, quam in The-
sibus, Disputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque convicijs contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controversantur, donec à S. Sede recognita super iisdem propositionibus iudicium proferratur.

Franciscus Riccardus, Sanctæ Romanæ & Vniversalis
Inquisitionis Notarius,

Loco † Sigilli:

Anno à Nativitate D. N. IESV CHRISTI millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die verò 4. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Innocentij divina Providentia Papa XI. anno tertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum, ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.



Prax. Episc. Pars II.

Z

INDEX



INDEX RERUM, QVAE IN HAC SECVNDA PARTE

continentur.

- A**bbates non præcedunt Capitulum in Concilio provinciali, *ver. Concilium, §. 1.* & quo ordine sedere debeant: §. 4. pag. 47
- Abbatissæ, §. 1. p. 12
- Abbatissa monialis, quæ non est virgo, non potest consecrari, & remedium, *ver. consecratio.* 52
- Abbatissæ, §. 1. p. 12
- Abbatissa monialis, quæ non est virgo, non potest consecrari, & remedium, *ver. consecratio.* 52
- Adulteriû committens quibus privatur; & an possit fieri separatio thori à conjugè altero id sciente occultè, *ver. adulterium.* 13
- Abbatissæ, §. 1. p. 12
- Abbatissa monialis, quæ non est virgo, non potest consecrari, & remedium, *ver. consecratio.* 52
- Adulteriû committens quibus privatur; & an possit fieri separatio thori à conjugè altero id sciente occultè, *ver. adulterium.* 13
- Abolvere an possint Confessarii tam læculares, quàm regulares pœnitentes à casibus reservatis Episcopo, virtute privilegiorû, & indulgentiarum concessarum alicui loco, *ver. Absolutio, §. 1.* p. 17
- Abolvere an possint Confessarii tam læculares, quàm regulares pœnitentes à casibus reservatis Episcopo, virtute privilegiorû, & indulgentiarum concessarum alicui loco, *ver. Absolutio, §. 1.* p. 17
- Abolvi à peccatis sacramentaliter an possit ægrotus, qui petiit confessariû, & non potuit confiteri neque per verba, neque per signa, neque per nutus, *ver. absolutio, §. 2.* secus verò si non petiit. pag. 3
- Abolvere an possit confessarius multos in bello, naufragio, peste, vel periculo alio aliquos pœnitentes audito solùm peccato uno uniuscunquè, & sic sigillatim, seu singulariter absolvere singulos, *ver. absolutio, §. 4.* 5
- Abolvi an possit, qui petiit confessariû, & confessus est, tamen impedimento ali-

- aliquo non potuit perficere totam confessionem, si deinde vocatus confessarius poterit eundem absolvere, etiam si non potest confiteri verbis, signis, nutu, etiam si confessarius sciret eundem post primam confessionem patrasse peccatum aliquod lethale, *ver. Absolutio, §. 3.* 4
- Absolutus à novem censuris ecclesiasticis, seu dispensatus à novem irregularitatibus, qui habebat decem, vel censuras, vel irregularitates, an censetur absolutus ab omnibus, & remedium utile pro hac materia, *ver. Absolutio, §. 5.* 5
- Absolutus ad cautelam à Confessario, vel dispensatus super irregularitatibus in dubio, & postea sciens certò se esse irretitum censuris Ecclesiasticis, & irregularitatibus, an sufficiat illa absolutio, & dispensatio, habita ad cautelam, *ver. Absolutio, §. 6.* 5
